

*L* 24  
Med. 630

LEONAR-  
DI IACCHINI EM-  
PORIENSIS MEDICI EXCEL-  
LENTISSIMI, IN CELEBERR.  
rima Pisana Academia olim profes-  
soris Opuscula elegantissima,  
Nempe.

*Pracognoscendi Methodus.*  
*De rationali curandi Arte.*  
*De acutorum Morborum curatione;*  
*Questiones naturales.*

BASILEAE.  
Ex Officina Petri Perna  
M. D. LXXX.



# METHODVS PRAE- COGNOSCENDI.

Quis sit præcognitionis usus, quot sint præcognoscenda, & que Medicum prænosse expediat.

## Caput I.

**V**LTA de ægris tum futura, tum præsentia cognoscere Medicus debet. Hoc n. in primis honorificum, & diuina illa arte dignum videtur: si præter omnia vulgi expectationem, saluum fore ægrum prædixeris, rurisque formides, ubi alij spem multam conceperant: et si ventura symptomata, & conflictationes, & modis morborum, & tempora eorum prænunciaueris: iusmodi quoque præcognitionis ad morbos curandos maximos usus præbet. Nam siue victimum instituas, ue generosum aliquod praesidium admoueas, tunc emum profecto quam minimum delinques, si neque præsentia, neque futura te lateant. Neque propter illud leue existimandum est, si tali diuinatio permotis, sese facile Medico æger committit, & mis constantissime patet. Quod si quando letham morbum esse contingat, id unum te immunem culpæ seruabit, si nihil inopinatè accidisse videatur: niuersa vero hæc tractatio primum & maximè citi acutos morbos, qui cum febre eireniunt, versabitur: seu verè acuti sint, siue degeneres: quamvis & reliquis morborum generibus non leui auxilio obis futura videatur; quod planè exercitatio ipsa ionstrabit.

Esta autem hæc summa eorum, quæ prænosse oportet. Primum num æger euasutus sit: quem ubi insursum conieceris, quires, quando tu im morbo berabitur, & qualis erit solutionis modus, nemisis, an simplex solutio: ubi simul esse sumini vigo-

# LEONARDI IACCHINI

ris tempore querimus, & de futuræ crisi naturæ, & tempore: non secus & de eo, quem lethalem noveris, quæres & genus mortis, & tempus. Porro horum conjectura duplici signorum genere habetur. Primum circa morbi naturam versatur: secundum circa laborantis corpus. In his enim velut in causis, & vite discrimen, & spes omnis salutis continetur. Nam causæ evidentes, & generatim omnia externa, non alia ratione à nobis spectantur, & ad præcognitionem faciunt, quam quod vel morbi naturam appetiunt, vel ægri statum.

## De his, que circa morbi naturam considerantur.

### Caput II.

**I**gitur à primo genere orsi speciem primam morbi spectemus, dehinc magnitudinem, tertio tam rem, quartò motus qualitatem. Speciem quidem morbi, propria eius specie i symptomata, hoc est, que ab ea separari nequeunt; declarant: quibus etiam describi solet: ut pleuritum acuta febris cum lateris pungente dolore, tussi; & spiratione lœsa. Sic ad reliquos morbos dignoscendos procedes, quorū notas proprias antea tenere oportet. Confirmant tamen hanc conjecturā & pulsū differentiæ, & quæ excurrentur, & accessionū formula: ægri præterea natura, & externæ causæ. Verum methodum dignoscendum affectuū alibi explicauimus. Vbi vero speciem noueris, statim magnitudinem illius considerato. Porro magnitudo aut simpliciter in morbo spectatur, aut virium comparatione. Quæ igitur simpliciter magnitudo dicitur, ex priorum eius speciei symptomatum magnitudine deprehenditur: ut magna pleuritis; in qua omnia pleuritica symptomata magna apparent. Verum quia sæpe accidit, ut leue alioqui onus ad vires comparatum magnum dicatur: sic & in morbis, quamvis suapte natura mites sint, si imbecillis viribus, putâ decrepitorum, aut infantium comparantur, magni dicuntur. Hic ergo

est

Videtur ad-  
dendum ex  
morbis ma-  
gnitudine.

## METHODVS PRÆCOGN.

ad propriam magnitudinem morbi inspicimus, & quantum vires supereret. Quo verò modo virium bur aut infirmitas cognoscatur, infrà docebimus, orbi verò morem dicimus ex animantium similitudine, quæ maligna propriè, aut benigna promota qualitate dicuntur. Sic enim morbos malignos & benignos dicimus, magnitudinem periculi imminentis, vel securitatem significare volente. Si itaque sic generatim malignitas capiatur, omnis manus morbus totius morborum generis comparatione malignus quoq; erit: & omnis malignus, manus. Est autem hæc alia magnitudo ab ea, quam iulò antè descripsimus: siquidem hæc totius genus, illa propriè speciei comparatione dicitur. Sed ut proprio vsu vocis malignitas dicitur, citra eundem magnitudinem consistit: ut malignitas proprie dicatur, quæ furtim vitæ insidiaatur: quales sese debiles ad sensuam febres, graui cum periculo eveniunt. De qua etiam malignitate nobis modò rime erit, ut quæ citra magnitudinem affectus aliquandiu consistere possit: itaque & seorsum à magnitudine considerari. Num igitur benignus, vel malignus sit morbus, ea, quæ superuenient, declarant, quæ etiam post apparentia nominari solent, & ex superuenientibus alia morbi morem sequuntur, quare & ipsum significant: alia verò ex cri- commotione eveniunt: atque illam præmonant. Vniuersa verò dupli genere comprehenduntur: aut enim excrementorum differentiæ sunt, aut symptomatum. Dico autem excrementorum differentias, ut crudum esse, vel coctum, vel prauum, vel siccum. Symptomatum verò, quoniam vel mitis to genere sunt, vel saeva, vel lethalia. Ex his igitur omnibus de morbi more conjecturam facimus. De omnibus particularim sermo fiet: ubi, quæ reliquant, circa morbi naturam exposuerimus. Reliquum situr erat morbi motum considerare: quem sanè translatione quadam velocem, aut tardum esse dicimus, constantem, vel inconstantem, æqualem, vel

# LEONARDI IACCHINI

inæqualem. Summum namq; vigorem morbi quasi  
 metam quandam imaginati, ut eð peruenire morbus  
 properet consideremus: itaque velociter, aut tardè  
 moueri dicimus. Properare vero morbum ad statum  
 coniectamus priñum ex morbi specie. Phrenitis e-  
 nimir, & tertiana, & in summacompis, qui à bile mor-  
 bus, velox erit ob humoris sanè naturam. Contrà,  
 scyrrhus, & quartana febris, & reliqui, qui ab atra  
 bile, tardi. Post hæc accessionum naturam confide-  
 ramus: siue cum febre morbus fiat, siue aliter pen-  
 dos habeant: ut epilepsia, & arthritis. Nam si inua-  
 dere ultra quam sperabatur, properent, si posterior  
 multo sit priore vehementior, si longior, si malig-  
 nior: si quam minimum ante subsequentem remit-  
 tatur, velocissimè mouet morbum dico. Quod si  
 exigua sit excessus earum differentia, tardius. Si om-  
 nnia multo tempore æqualia perseverant, tardissimè.  
 Mox & ipsius accessionis partes, quæ tempora di-  
 cuntur, contemplamur. ac ponatur priñum febrem  
 intermittere: siquidem omnia sua tempora velocis-  
 simè transigat, velox quoque motus totius morbi  
 erit. Siç enim conditionem causarum coniçies, qua-  
 rum ratione velocius, tardiusus mouetur. Si contra-  
 rà, serò omnia, tardissimus: si aliqua velocius, a-  
 liqua tardius, medijs ordinis fuerit. Pone rursus co-  
 tinuam febrem esse, necesse statim erit aliquot ex  
 quatuor temporibus accessionis produci: quod si  
 vigor plurimum dureret, (quod in ardente febre eve-  
 nit, & in synochis quibusdam) velox motus erit: si  
 diurna sit febris, temissio tarda. Quod si morbus  
 periodos nullos habeat, illius motum ex incremen-  
 to perspicias. Nam si velociter augeri videtur, ve-  
 lox quoque totius morbi motus erit: si diu sibi simili-  
 lis, tardissimè. Porro quam celeriter morbus auge-  
 tur, clarissimè symptomata monstrant, tum quæ  
 morbi propria sunt, tum saperuenientia. Hæc enim  
 vel in horas vehementiam acquirere videoas, vel lente  
 augeri, vel similia perire. Monstrant & excre-  
 mentorum differentias, de quibus dicturi sumus.

Nam

## METHODVS PRAE COGN.

Nam siue bonæ, siue malæ dicantur, si citè appareant, citè morbum moueri significant: si serè, tardius, primo Aphor. 12. quod ex his quoque natura causum morbi, eiusque conditio monstratur. Aequalis verò aut inæqualis motus morbi, partim illius comparatione iudicatur. Sunt enim qui vbi principiū veloci ter præterierint, mox tardius augentur; quin & in eodem tempore inæqualitas motus evenire potest: ut si cum veloci ter augeri cœperint, impetum illum remittant. Constantes verò morbos dicimus, cum mutationes suas non temere, sed legitime faciunt. Est autem legitima mutatio ut ordine quodā recto quatuor illas vertates morbus transfigat. At illegitima (vnde inconstans dicitur) si temere nunc remittatur, nuncaugeatur: vel vbi solitus videatur, rursus repeat. Hanc verò constantiam, vel inconstantiam in primis symptomata significabunt, quæ sine ordine aut certa lege, nunc augeri, nunc minui videntur. Similiter & excrementorum mutationes significant: siquidem vel ritè & firmè apparent, vel fine ordine.

### De signis, quæ ab excrementorum qualitate sumuntur. Cap. III.

**N**unc de his notis, quæ ab æstro corpore sumuntur agendū: ac primum de excrementis: siquidem & morbi morem, & motum, multaq; alia præcognitionis capita inde habentur. Eiusmodi aut signa quandam veluti latitudinem constituunt, in qua ex altero termino simpliciter bona, statuenda sunt, & valde bona, & optima. Rursus ex altero simpliciter mala, & valde mala, & pessima: medium aut latitudinem occupant, quæ neutra dicuntur. Primi generis sunt, quæ spem faciunt plus, vel minus, aut certam salutem annunciant. Secundi generis verò, quæ periculum leuius, aut grauius monstrant: aut ineuitabilem mortem. Tertiij, quæ ex sui natura nihil nota, dignum ad salutem, vel ad mortem afferuntur.

# LEONARDI IACCHINI

Sed ambigunt ita, ut cum alijs signis iuncta mortem, cum alijs verò salutem polliceantur. atq; in his primum coctionis prauitatem, cruditatemque notamus. Alterum quidem terminum, id est, coctionem in bonorum censu statuentes: alterum verò, prauitatem, vnde malignitatem concipimus: in medio vero horum cruditatem, quæ modo neutra signa nominamus. Secundo loca inspicimus, ut citò appareant. Multum enim refert distinguere num citius, aut serius apparuerint. Tertiò num constanter appareant, aut crebro euanient. Vtrumque enim homini in morbis euenire conspicimus; neque parum ad prædictionem refert hæc discreuisse. Quarto num tempestiuè excretio eueniat. Tempestiuè autem dicuntur excerni, quæ post coctiones excernuntur. Sed conjecturam certissimè confirmat, si confert, & bene servunt ægri. Confirmat plurimum & diei natura, in qua primum apparet corruptus. Si quidem dies diem multum viribus, & bonitate cedit, tum indicando, tum in iudicando morbo, quod postea docebimus. Quinto num pro morbi ratione fiat. Alij namque morbi alias excretiones exigunt, aliasque excernendi vias: si quidem recte solui debeant. Hæc igitur omnia in excrementus animalia ducere oportet. Sunt autem excrementorum genera quatuor, vris, dejectiones, sputa, & quæ cerebro per narēs, vel palatum descendunt. Signa verò quæ ab illis sumuntur vel ex calore sunt, vel ex odore, vel ex modo substantiaz, vel ex quantitate, vel ex facilitate excernendi.

*Cur non ad  
dit sudores.*

*De his, quæ ab urinariis differentijs indi-  
cantur, Cap. IIII.*

**C**AETERUM melius erit in unoquoq; genere exercere lectorum, initio ab urinis accepto. Est autem earum vis significandi maximè in febribus: siue sole subsistat, siue cum visceris aliquius affectu. Monstrant enim qualis sit vis concoctrix per venarum

## METHODVS PRAECOGN.

in corpora extensa: siquidem eius coctionis urina  
cremcentum est. Igitur urinas aut simpliciter co-  
as nominamus, aut crudas, aut prauas: & in uno  
ioque horum quandam veluti latitudinem sta-  
mus: vt crudas, & quibus nullum coctionis ve-  
gium adest; & quibus obscurum, & debile est im-  
elutum, dicamus. Rursus coctas alias, in quibus e-  
dens iam cōcoctio visitur; & quibus abdita adest,  
auas vero vel simpliciter dicimus, vel valde pra-  
as, vel vellimas. Cruditas infirmitatem actionis  
opriè significat, coctio robur, prauitas malam  
intimationem. Cuncta vero hæc ex eo, quod  
luit nictum omnium esse debet, sunt extimanda:  
oc est ex ea, quæ optima, cuius comparatione &  
udæ magis, vel minus: & coctæ magis aut minus,  
prauæ dicantur. Ea est sanorum urina cum probè  
incixerint. Qui igitur in his inspiciendis exerci-  
tus fuerit, facile de omni latitudine iudicium fe-  
t. Quod si quibusdam notis depingere eam libet,  
camus hanc & colore subflavo, aut ruffo esse:  
bstantia vero adeo mediocri, ut neque crassam ne-  
que tenuem facile dixeris, neque instar aquæ pel-  
cidam, neque opacam. Quæ vero subidunt, &  
tantitate, & substantia mediocri erunt: colore ex-  
quo albante, leuorem præferentia, atque æqua-  
Quod si colore alio prædicta sint: siue alia con-  
tentia, ab hac plus, minusve degenerant, vt si quæ  
bsident prossus alba sint. sunt enim cruda pituitæ  
boles. Si diuulta sint, si partes inæquales habeant.  
æquales enim alterationem significant. Similiter  
situs improbat, si pendent nebulæ instar, quæ  
bsidere debent: atque hæc quanto sublimius pe-  
niderint, eo magis ab exquisita concoctione di-  
re creditur. hoc loco biliosas naturas excipere  
poterit; quæ si præterea bilioso morbo laborent: id-  
le in æstuoso cæli statu, ubi antea validis exercita-  
tionibus operam dederint, sat fugit ad coctionem  
onstrandam tenuis nebula, quando exiguum, &  
animè faculentum est, quod subidere debet.

Quin & sola coloris ad bonum mutatio aliquando ad exactam coctionem monstrandam sat fuerit: ut ybi hæc, quæ diximus omnia, & valida vñà conne-nerint. At contrà in pueris, & gulz deditis. & ocio-sæ vitæ, p̄fserit si hyemis tempore pituito mor-bo laborent plurima, & bona subsidere oportet ad absolutam coctionem monstrandam: quod pluri-mum in his sit, quod caloris actionem potest effu-geare. Ninc autem subsidentium naturam constare alibi est explicatum. Iam eam quæ quasi exemplar a-liarum est, & quales ab hac degenerent, depinximus. Ab hac igitur longissimè distant, & quæ absolu-te crudæ dicuntur, & quæ prauæ. Est autem cruda maxime aquæ persimilis, sive consistentiam, sive colo-rem species. Hic enim nihil adhuc impressus calor, huic proxima est, quæ exiguum mutationem ade-pcta, alba vina representat. mox subpallida. hæc om-nes simpliciter crudæ dicuntur. Quæ ab his coctione-rem versus proximè recedunt, obscuram coctionem præ se ferre dicuntur: vt pallida vrina, & rebus. Quod si ab his turbidæ euadant, obscura pariter coctio erit, sed spem maiorem coctionis facient, quod multam caloris, qui humores alterat, ac-tio-nem monstrabunt, & robur: p̄fserit si in vase re-po sitæ non multo p̄dūt perspicuæ fiant, & subsiden-tiam habeant. Ab obscuris his coctionibus statim ad evidentes procedunt: ut si quæ tenuis erant substan-tæ, vel crassæ antea. & turbidæ, quandam medio-critatem acqui suerint: vel si colorem ad melius mu-tent: ut si quæ subpallidæ erant, rufæ euadant. In hoc quoque genere rubra censenda est, sive sola sub-stantia vrinæ talis sit: sive quæ in ea subsident. Pro-ximè vero ad absolutam coctionem accedit, quæ in ceteris quidem mediocris esse censetur, albam ve-ro nebulam continet. In altero autem ordine prauæ dicantur, quæ prauam (ut diximus) transmutatio-nem referunt; è quibus extrellum loeum habet ni-gra vrina, p̄fserit si vñà quæ subsidente, nigra sit, mox quæ pendent. Minus si sola substantia vrinæ nigra

gra sit: minus adhuc si fusca, vel lìuens, vel viridis. Odore quoque prauitas deprehenditur. Praecepimus lunt, quæ prauam olen potredinem: prauam ex sedimenti substantia: quæ vel surfur, vel assiorem farinam imitantur. Excipere verò oportet in primis criticas excretiones, in quibus sèpè sua utiliter excernuntur: ut si in melancholico orbo nigra mingantur. Securè verò talia excerni tiliè deprehenditur; tum ex his, quæ dicemus se- rani crism facere: tum maximè quod antea tomori tempore salubria signa apparauerant, & vrinis coctiones præcesserant. Est insuper an- iduertendum ne euilmodi vrinarum prauæ dif- entiæ, ex affectu alio quo instrumentorum vrinæ emant. Tunc enim non totius corporis statum: sed priuarum earum partium affectus indicarent, que hæc de vrinis fatis, quatenus ad prognos- tum negotium attinet. Nam & alia forte con- eranda erunt, quæ ad affectuum agnitionem fa- sat.

Cæterum qui ex vrinis iudicat, caueat oportet parentem, & fucatam coctionem: crudus enim humor subsidens bonum sedimentum imitatur: sed tiliè error deprehenditur; primùm colore, quem maximè albicantem habet: hoc verò ex ruflo al- m. Subsidentia quoque substantiam habent nimè fractam: sed velut continuam, vt diximus, amquam crudus humor antecedat. Præterea se- nentum bonum, suspensa nubes. Ad crudos v- rumores cum coquuntur, suspensio fieri incipit; itatur & pus subsidens in vrinis, sedimentum v- : sed odore discernitur; & quia antea affecta v- uria instrumenta esse oportet: & omnino par- , quæ per vrinas expurgari solent. Nec minus id est cauendum, ne praui illi colores ob natura- excretiones fiant. Sèpè enim in melancholicis vrbis nigra excretæ videoas multa utilitate. Cæte- rati ita securè excerni facilè deprehenditur: tum ex quæ dicem? securā crism facere, tum quod totu-

## De aliis excrementis. Cap. V.

**E**x aliis quoque excrementis plurimum ad di-  
gnitionem inviamur affectuum earum partium,  
quæ siab septo statim sunt posita; hoc est ventriculi,  
intestinorum, jaecium, sellis, vesicæ, & sularum par-  
tium iocinoris: quod hæ partes per eam viam sua ex-  
cremata expurgare soleant. nunc vero de affectuum  
cognitione non agimus: sed de præcognoscendi ar-  
tes, quæ hinc quoque coniecturam facit in morbis  
earum partium, quas diximus. In his itidem optimum  
statuimus, quod & concoctum dicimus, & crudum, &  
prauum. Atque optimum quidem similiter ex eo,  
quod in sanis cum bene concoixerint spectatur, ut  
nullæque in viciss ratione deliquerint: non qualitate  
in quam, non quantitate ciborum, non in varietate,  
non in hora, vel ordine: talia enim statim (quod ad  
colorem attinet) subruffa, aut subflava erunt; nem-  
pe colore bilis affluentis mediocriter infecta. Sub-  
stantia vero requis, crassique media, quantitate pro-  
portione respondens assumpto cibo; nec tardans  
plus iusto, neq; properans. Hinc consequitur quod  
neque cum strepitu excernatur, neque acris sentia-  
tur, neque mordet. Huius ergo comparatione cruda  
dicentur maximè quæ cibi qualitates reférunt;  
quoniam maximè labore vim alteratricem earum  
partium demonstrat; quibus primum concoctio de-  
legatur. ab hac succedunt ea, quæ exiguum in cibo  
alterationem factam esse demonstrant. Tenuia quo-  
que & aquosa cruda sunt, & quæ cum strepitu emit-  
tentur, & flatulenta sunt instar bubuli steroris.  
Prauz vero defectiones dicuntur decolores; quibus  
nihil est bilis permistum. Prauz quoque quæ syn-  
cero colore sunt, vt vehementer flavo, & cruentæ, &  
nigræ, & liuidæ, & fuscæ, & virides. Male enim af-  
sci partes eas significant; & malam in alimento trans-  
muta-

mutationem efficere, nisi natura vniuersum corpus criticè eiusmodi excretionibus repurget, quod de vrinis diximus. Cæterum animaduertere oportet, ne praui illi colores, ex assumpto cibo originem traxerint. Prauz etiam sunt variz, & impermista, quod various quoque affectus adesse in illis partibus demonstrant; vnde nec facile superari à natura posse. Pessima sunt, quæ pingue plurimum permistum habent, & vehemente fœtent. Magnam enim viam extranei caloris colliquantis ostendunt.

*De his, quæ è pectori excreantur: sputa appellant.*

*Cap. VI.*

**S**ic sputa in pectoris, & pulmonis vitijs inspicere oportet: atque ea optimâ iudicare, quæ alba, quæ leuore prædicta, & æquali consistentia fuerint. Summâ vero cruditas eius excrementi iudicatur ex arida rufi; in qua nihil excreatur: quod crassitie, vel lento humoris contingit. Proxima huic est, vbi pauca & tenuia vix excreantur. At cum subflava, vel subrubra fuerint, evidentem coctionem demonstrant; præsertim si bene albo sint permista. Nam quæ syncer, sunt flava, praua, iudicantur: quod magnam partium intemperiem: aut humorem, qui non fatigetur temperari queat, significant. quanto magis si vitrida sputa fuerint, si fusca, si liquida, si nigra? Talia enim exustione fiunt, vel caloris natiui extincione: sic si male oleant & vehementer amara sentiantur. Illud enim prauam coloris putridi alteratio nem, hoc vehementiam exustionis significat. Pratum quoque est, varia colore, & impermista esse: quo vero peiores colores fuerint, eò deteriora. Varias enim partium affectiones, eas quæ omnes soluta difficiles significant:

*De his quæ per narēs, & palatum excernuntur.*

*Cap. VII.*

**Q**uæ vero è naribus, & palato excernuntur, de partibus, quæ intra caluariam sunt, certò s-

gnificant. In his quoque laudantur, quæ colore bene permisto, vel etiam albo fuerint; in mediocri verò substantia. statim verò & facile excernentur, & mor- dacitate omni carere æger sentiet. Cruda maximè sunt, cum nihil externitur: postea si tenuia, & acris externantur. Praua dicimus, quæ prauo colore in- fecta fuerint, ut viridia, nigra, & male olentia, hinc atri sanguinis gutta è naribus stillans, motteui an- nunciat.

*De his, quæ in morbis superuenire dicuntur, scilicet de superuenientibus symptomatis. Cap. VIII.*

**N**eque excremēta solūm in ægro corpore con- siderabis, sed alia insuper omnia, qdæ in mor- bis superuenire solent. His enim tum morbi mōrē, tum motus qualitatem dignosci diximus. Horum igitur quæ symptomatis rationem habent, alia ad ægri corpus pertinent, alia ad functiones. & in ægro quidem corpore decubitus formam considerabis: num scilicet cubet, vt sani solent; nempe in latius le- niter inflexis cruribus. an distentis potius, ac pro- jectis resupinus iaceat: num diu in eodem situ quie- scat, vel continuè positum mutet, & brachia, ma- nusque projicit, eorum exemplo qui vehementer anguntur. Illud enim lenitatem morbi, hoc prau- tatem monstrat. Tanto verò maiorem, quanto sine aperta morbi magnitudine eveniat. Māgnam enim vim maligni morbi demonstrat. Mox cum manum corpori admoueris, siquidem media corporis vranc- tur; extremæ verò partes algore nimio teneantur, nec facile reuocari calor possit, pessimum iudicato; quod morbi magni sedenti in visceribus haberi signi- ficat: Molem quoque corporis nimium diebus pri- mis contabuisse, idque citra evidentem causam, ma- lum: quod morbus occulta vi vehementer corpus dissoluat, viresque deſciat. Sunt autem evidentes causæ excretiones immodecæ, si quæ præcesserint: seu sensiles stat, vt vomitu deiectione, vrini, sudoribus,

ribus, sanguinis fluore; seu insensiles, ut quas inedia, vel vigilæ, vel dolores, & in summa motus trementes faciunt. Contrà verò nihil contabescere; neque id probatur: attamen malignitatem nō monstrat, sed motus potius tarditatem. Pessimum vero si pustulae, aut tubercula, aut alia id genus, quæ apparuerant, repente delitescant. Monstrant enim naturam, quæ causas morbi pellere tentabat, multitudine vel prauitatem superari. Quod si antea vltimæ aliqua aderant, vel ipso morbi tempore superuerentur; siquidem male colorata fiant, vt liuida, vel nigra, pessimum iudicato, quod caloris naturali extinctionem monstrat: ut si vlcera antea madentia immodecè siccantur. Sic sudores frigidi, vel ihæquales, vel foetidi vehementer prauisunt; præsertim in acuto morbo. Motæ partes inspicit, quæ sese visui offertur; ac viultum inspicio in primis, qui quâ longe absit à natura sui considerabitur: tantum nisi prauitatis ostendit, quantu inde abest. Si itaq; vt de toto corpore diximus, nulla ex causa evidente, sed sola morbi ratione, acuta primis diebus naris fiat, & collapsa sint tæpora, & genæ, prauū fuerit: sed priuatum oculi præ omnib. signa prauitatis dabut; siquidem natuum illum splendorem amississe eos videas, & velut emortui appareant; ut si caui admodum effecti sint, si alter et altero minor; si præter voluntatem illachryment; si nigra quasi suspensa delitescant, si candida eorum pars rubra immodecè fiat, si peruertantur, si circumagantur; si tremant. Lingua quoque interpres animi aliquid monstrat, prauitatem scilicet, vbi obmutescat, vel deliria loquuntur, vel bartologiam patiatur, vel resoluta, & vix mobilis fiat. Stridere quoque dentibus inter dormendum præter ægri consuetudinem, malum est, ut si labia peruertantur, & contortu os fiat. Sic manantes nigro cruento gingiuæ, nigreque, & siccæ fortes dentibus inhærentes, praua æstimantur. Ab his pectus considerabis, ut in respirando moueat. Nam si respiratione è difficultatis degenerit, ut musculorum

genera omnia ad eam concurrent, pessimum erit: vel enim vires valde imbecillas, vel incendijs vehementiam, vel vna vtrumque demonstrat. Sed & causa eius potest, quæ prauitatem morbi adaugeat; siquidem non bene ventiletur innatus calor. Extremos vero artus aut tremere, aut conueliri pessimum est. ut si pollex ad medium palmam concidere videatur. si c frigus & liuidus eorum color, extremum malum significat. Contrà verò iucundus, hilariusque vultus, facilisq; ægritoleratio, & facilis respiratio, & æqualiter calens corpus. Demum omnia, quæ secundum naturam, aut à naturali habitu non adeo remota, bona iudicantur. Reliquum verò genus, quod ad functiones spectat, vt maximi momenti ad morbi morem dignoscendum, diligenter inspicio, ac primam vitalem facultatem dictam, vt robur habeat, è pulsū dignoscas. Nam vehementes, roburi languidi infirmitatem monstrant. Non potest enim vehementia sine robore esse. In languidorum autem genere, maximam infirmitatem monstrant, qui verium, aut formicarum motum imitantur Quod si ad languidos pulsus intermittere succedant, prostrata mihi facultatem ostendunt. Solent enim tales pulsus, viscerum quoque validis obstructionibus aliquando succedere, quando non infirmitatem facultatis, sed affectum instrumentorum demonstrant. Sunt & alia, quæ ex pulsibus praesagias: sed hunc quæ ad morem morbi attinent duxtaxat attingamus, cetera verò suis locis scribentur. Monstrant quoque infirmitatem facultatis huius, animi deliquia; quæ si grauiā sint, vt quæ syncopas dicunt, extremam morbi prauitatem significant: Animalis item facultatis robur, propriè ipsius functionem demonstrant, ac primam motricem æstimabis, vt facile prompte que moueatur considerabis. Tunc verò extrema eius infirmitas significatur, cum in pedes delabuntur. Pertinent ad idem genus & tremores, & convulsiones, quæ quo magis superioribus corporis partibus enerint, eos & maligniora censenda sunt. Quod pri-

mū

num facultatis principium lèsum testatur, præcipue verò si circa faciem siant: siquidem à cerebro statim neros accipit, motti ci, quoque infirmitatem significant. Si vrinac vel deieclio præter voluntatem reddatur, dum parres hæ huic operi dicatæ nullæ proprio affectu teneantur. Sensus quoque hebetes, seu visus, seu auditus; subito facti, pessimum afferunt monstrant: vt si extremæ partes quasi stupidæ torpeant. Hic præterea somnios, & vigilias considerato. Siue enim somnum neutiquam capiant: seu soporati sint tægri, prælium viriliumque præter modum est; vt si turbati sint somni, atque terrificis imaginibus referti; si deliryium excitent: aut aliter symptomata praua alia inuehant, vel adaugeant. Prauitatem enim huiusmodi significant; qui inter dormientium in viscera concessere. Prauum quoque est dehydrare, aut obliuisci. prauum est dolores non sentire. prauum tibum omnem auersari. prauum, vbi partes oris ostines existæ appareant, non fitire: emortuam enim facultatem significant, siquidem ad deliryium non consequantur. De facultate veteri naturali, excrementa iudicium faciunt; de quib. paullò ante dicebamus. coctionis enim signa ut bona, alia verò et praua existimamus: quatenus morbi motu malignum; vel benignum demonstrant. qualis enim sit eius actio; his demonstratur, vel inquam abolitam esse, vel immunitam vel cœprauatam. Supprimi verò vrinam, prauum huius facultatis symptoma esse potest; vt sudores immodiici; & immodiicat per halitum digestio. aliquando tamen decipiuntur.

*Quæ in æstimanda horum symptomatum præ uitate animaduertere oportet. Cap. IX.*

**C**aeterum in æstimanda horum prauitate, multis modis falli possimus. Nam cum soleant & morbi prauitate non lequi: sint & aliquando morbi propria, morbi que naturam sequantur, vt deliryium, & vigilæ phrenitum: hoc primum distinguere oportet.

ter, neque prauitatis morbi notam dicere, quod tam speciem morbi consequitur. Neque enim in uoluntarius mictus in paralyse, neq; grauis somnus in lethargo, prauitatis sunt signa, sed affectus solum. Distinguendum itaque num morbi naturam sequantur, vel morem. Erunt enim prima demonstrativa speciei signa; secunda vero prauitatis. sed hoc facile distinguitur. Nam quae morbi naturam sequuntur, post apparent: semper equidem prau existimanda sunt, quod magni morbi symptomata: sed longe deteriora, si superueniant, ut quae prauitatem quoque morbo adjunctam demonstrant. Nec minus illud considerandum, num ea, quae prau posuimus, agro per naturam euident: Sunt enim quibus inaequales per naturam pulsus: sunt quibus parui & languidi: sunt qui dentibus stridere consueverint: sunt qui palpebras inter dormiendum non committant: sunt qui supini cubent: quare in his nihil prauum significant. Quod si particularem & gri naturam notis, non id solum utilitatis feret ad praesagiendum, sed & magnitudinem symptomatum intelligere poteris. Maxima enim fuerint, ubi longe a natura distant. Itaq; in homine composite, ferox responsio valde suspecta est: At in milite, & iracundo, non item. Quoniam vero in eodem genere multa est maioris, & minoris differentia: id quoque distinguere oportet. Sunt enim, ut diximus, quae simpliciter pta: sunt valde prava, sunt pessima, quae omnia ad morbi more refertuntur, quem malignum significant: ut contra quae bona, aut valde bona, aut optimae, benignum, sumuntque eas appellationis differentias ex vi significandi. Maximam vim igitur habent coctiones eius morbi propriæ ad benignitatem monstrandam: ut contra, ab urinis nigris neemo est saluatus, si morbi ratione tales minguntur. Est itaque in post apparentibus ordiné ponere, quo alia firmiora signa & maiore vi alijs dicantur: id autem vel ex magnitudine accidentium, vel numero. Magis vero vero ista, seu vis primum in propria symptomatis

mat's natura spectatur, vt formicans, vel intermit-  
tens pulsus, vel syncope. Mox acquisita magnitu-  
dine, vt si duas pulsationes intermittant. Numerus  
verò prauitatem quidem augere potest, sed si leuiā  
sint, facile à bono aliquo signo hebetatur: ut contrà  
malum aliquod egregiè bona omnia, quæ apparent  
suspecta facit. Rursus cum critical symptomata, un-  
dequaque his, quæ narramus similia sint, ne tem-  
tere de prauitate morbi iudicium ferat: distingue-  
te hæc inter se oportet, quod statim fiet, vbi quod  
telium est de signis apposuerimus.

*De his, quæ secundariò, vel ex accidenti signis  
ificant. Cap. X.*

Vnat quoque ad præcognitionem, præter ea si-  
gnorum genera, quæ posuimus, & naturam ægris  
spectare, & externa omnia: verùm hæc secundariò  
significant aliquid, ut ætas, primarum facultatum  
robur, vel infirmitatem: vnde prauitatem signo-  
rum adauget, vel minuit. Temperamentum vero;  
de morbi natura, & causarum notitiam parat. Inde  
quām scimus quibus morbis capi facile possit, & à  
quibus causis facilè patiatur, qualesū humores ac-  
ceruare soleat: vnde & ad præcognitionem iuu-  
matur, tum quia & quahtus sit morbus ex eo meti-  
natur, & quām celeriter moueri debeat, & crisis mo-  
dos, neque in toto corpore id nosse iuuat, sed prin-  
cipum partium, ad robur earum hoscendum. Sic  
& ex corporis habitu anteā perspecto, quantum ad  
sui naturam æger distet, accipimus. Sed & roboris  
vel infirmitatis est signum. densi enim habitus cor-  
pora, robustiora gracilibus, & rari habitus, & duri,  
mollioribus. iuuat vero & aliarum partium robur,  
vel infirmitatem inspicere. Quæ si minoris noce  
fuerint, possunt tum principes partes in consensum  
trahere, vt os ventris. est enim quibus imbecillum  
est, & acris sensus. est contrà, quibus robustum. Id  
quām ad præcognitionem facit, vt artus si na-

tura sunt imbecilles, & facile fluxiones in eo corpore excipiant, quales sunt arthriticis. Huic & considerare; num cacochymum corpus sit, vel plethoratum, aut humorum corruptela afficiatur; & qualis sit cacochymia, hoc est, num bili flauz, vel atra, aut potius pituita attinens. hinc enim de morbo, & causis, & eorum magnitudine coniecturam facimus. Externas quoque causas inspicere oportet, plurimum enim hoc ad præcognitionem facit, idque dupli ratione. Hæc etenim tum morbi naturam appetiunt, tum ægri statum, tum solutionis rationem. Externa appello ambientis aeris conditionem, tum apertam in calore & frigore, tamen occultam in benigna, vel maligna qualitate, quæ tamen ex morbis, qui publicè graffantur, detegitur. Quare hos quoque considerabis, & eorum naturam, & magnitudinem, & morem, & solutionis modum inspicimus. Causæ quoque alix procatarticæ morbi, tum natum morbi, tum eius magnitudinem demonstrare ut ebrietates, iræ, motus immodici, vigiliz; & in summa, vniuersa anteacta vita. Præcedentes quoq; affectus corporis inspicere expedit; siue etiam num affligant, siue desierint. Hinc enim röbur metimus, & de præsentibus iudicium facimus.

*Qui critica symptomata ab his, que primum morbi morem significant, distinguimus. Cap. XI.*

**C**ritica symptomata vel uniuersa cum criticis appellatis causis inquadunt, vel non multo antea. Criticas causas dicimus, motiones, quibus morbus indicatur, sudores inquam, sanguinis profluvia, abscessus, deiectiones: symptomata vero critica, quæ criticam conflictationem comitantur: quæ sane eveniunt, tum quia inutile excrementum, nempe morbificam causam fecerint, tum quia à se propellit; quæ omnia non leui labore peraguntur. Videbantur ergo hæc rei ignaris, illa eadem esse, quæ in præ-

prauimoris morbis antea conspexerunt: quare, ut  
terrifica, & lethalia vulgo imponere solent. At non  
debet generosus medicum terreri, sed contraria, praedicere,  
quod res eiusura sit, cunctisque spem facere.  
Vt obiq; epura videre est vitiosas respirationes, pul-  
sus inæquales, delyria, sopores, surditates, cordis  
morsus, visus hebetes, lachrymas, somnos perturba-  
tos, dolores, & alia eiusmodi, quæ antea prauum  
morbis morem indicare dicebamus. Vruntur perisse-  
pe, & accessiones consuetam anticipant horam, &  
vehementiores sunt, & longiores. Expedit igitur  
distinguere, num critica hæc nuncia sint, an mortis.  
Id vero ex coctionibus distinguitur. Quæ enim an-  
te coctiones eveniunt, morbi praua ratione fiunt,  
ut pote ipsius germina. At post coctiones natura non  
unitata, sed proprijs agens legibus ea excitat, nihil  
itaque timoris afferunt, sed proximam salutem an-  
nunciant.

### *De morbi temporibus dignoscendis, & status præcognitione. Cap. XII.*

**H**Agenus genera omnia, à quibus indicia sumi  
debent, explicauimus: superest, ut in his, quæ  
præcognoscenda ab initio diximus, lectorem exer-  
ciamus, si ante docuerimus quibus signis morbi  
temporæ dignoscantur; & qua methodo summus  
vigor, quando futurus sit, præsentiat: siquidem  
ex hac notitia, & de crisi, quando futura sit, & qua-  
lis fuitra sit, inuestigamus. Morbi igitur tempora,  
similitudine ab animalibus sympta, quatuor dici-  
mus: atque iisdem nominibus eorum ætates nomi-  
namus, unipersum namque durationis tempus di-  
uidimus in primum augmentum, vigorem, & de-  
clinationem. Nullum verò horum, dierum nume-  
ro describi potest. Multum enim morbus à morbo  
distat, longitudine & breuitate temporum. sed ne-  
que sensibile tempus uniuersa perpetuo occupant,  
quoniam saxe evenit, ut principij tempus sensum

fugiat, statimque ad vigorem morbus properet, Quibus vero notis unumquodque temporum deprehendas, hinc apertum erit. In propria morbi ratione functionum laxio est: quippe hac morbi natura definitur. Lesiones vero symptomata dicuntur; quare ex symptomatis eorum distinctio certissima habetur. Hac enim igitur prima morbi effecta, necesse est pro sui augmēto vel immunitione, morbi quoque aetates definire. Vniuersa igitur morbi generatio principium dicitur, quando & symptomata pusilla adhuc sunt, ut in eius morbi natura esse contingit. Et enim in principijs leuiora omnia. Cum vero increscunt symptomata, tum quæ propria eius morbi sunt simulque inuadunt: tum quæ superuenient, morbum augeri dicimus; donec cuncta vehementissima euadant, quem summum vigorem nominamus; à quo tempore, vel subito morbus soluitur, nec sensibilis aliqua declinatio apparet, vel sensim inclinare incipit; atque hoc est morbi remissio, seu declinatio. Sunt autem hoc morbi tempora ex causarum motione. Accidit vero hoc mutatio, vel quia natura eas alterat, ac confidere nititur, vel quia continuè magnitudinem acquirunt, & vires. Si igitur natura alteret, & coctionem moliatur, idem vniuersim morbos accidit causis, atque id quod in suppurante tumore evgnire videmus. Nam quod marginis naturæ actio procedit, eo & maior est morbi impetus. & maiora symptomata, quo usque metam alterationis attingat, quam coctionem nominamus, à qua & naturæ imperus remittitur, & morbi. At in scirro, & cancro, & gangrena, & phagedenico ulceri, causarum modo sponte sua accidit, non naturæ alteratione. vel enim iuxta materiæ influentis compiam, sua tempora habent, ut scirri: vel iuxta prætitatem; quam tempore acquirunt, ut in cancro. Significatio vero & his, & prioribus communis est: semper ex symptomatis tum simul inuidentibus, tum superuenientibus. inclinationem vero hi non habent, quemadmodum neque letales morbi: nam & hi

& hi omnes sua tempora ex prauritate à causis acqui-  
sita sortiuntur: symptomatis verò significantur. Ea-  
dem ratione & in morbis immaterialibus tempora di-  
stinguimus: ut in Tābe. Est & alia ratio, qua tempora  
dignoscit possunt, ex notis, quæ in excrementis spe-  
stantur, cōiecturam faciens. Vbi n. vel crudæ morbi  
causæ fuerint; vel obscuram adeptæ coctionē, prin-  
cipiū dicitur: vbi verò iam euidentes notæ cernan-  
tur, augmentū. vbi iam coctio terminū attingit, sta-  
tus, seu summus vigor. Simul n. & procedere co-  
ctionē contingit, & morbi increscere. Sie n. in fe-  
bre, & phlegmonis evenire videmus. Quam sanè si-  
gnificandi rationē (quamvis artificioſa) plurimū ta-  
men deficere videtis. Nec enim in omnib. morbis  
hæc signa cōspiciuntur, non in materialibus, non in  
luxationibus, non in frigidis tumoribus, nō in mor-  
bis lethalibus. At decet Medicum artem omnibus  
communem habere. Contingit præterea in his, qui  
concoquuntur morbis; vt ad portionem coctionis  
procedentis, cōtinuè remittatur morbus, sic in pleu-  
ritide contungit: sic in pulmonia: sic in paragmasticā  
febre, atq; alijs multis affectibus. Nam tametsi co-  
ctionis procedētis rationē, increscere debuisset mor-  
bus, evadit tamen inde mitior, quod multum cau-  
sarum continuè absimitur. Hæc de temporis agni-  
tione: statum quoq; morbi præcognoscendum dixi-  
mus, hoc est quām longè absit, & quanto rēpore sit  
duratūrus. Horū verò confusam quandam noti-  
tiā statim inter morbi initia habere licet: idq; hæc  
ratione. Prīmū enim morbi species id satis mon-  
strat: siquidem quartanas febres diuturnum mor-  
bum esse; & ita longè abesse statum. Tertianam bre-  
uerem. Ab hac magnitudo spectanda. Magni enim in  
eadem specie, citius paruis soluuntur: vt magna  
quartana qualis cōtinua est, & magnus causus. à ma-  
gnis enim natura plurimum irritatur. Quare urget  
opus, totoq; nixū contendit, paruos verò negligit.  
Mox motus qualitas, quod max: tum tibi erit indi-  
cium. Qui enī velociter mouentur ( siquidem

æqualis sit motus) etiam citò terminum habebunt. Quod si ex acutorum genere sit; quod intra quartum decimum diem summum vigorem habebit, experientia monstrauit. Coctiones quoque inspicimus, ut citò, vel serò appareant. Inde enim velocitatem, & tarditatem motus morbi iudicari diximus. Aegri quoque naturam spectabis. In frigida namque ætate, & natura corporis, tardius mouentur morbi: unde & serius ad statum peruenient. Externæ verò causæ, quæ corpus, vel antea affecerunt, vel etiam num afficiunt: sicut & anteacta vita vniuersa. De distantia, vel propinquitate status, aliquid prænunciant, quatenus causarū naturam demonstrant. Aestiuæ itaque quartanæ breues hac ratione sunt: præsertim in homine parci vicitus, & exercitationibus dedito. Contrà verò ociosa vita, & hyemis tempus, morbos diuturnos facit; quamquam & propriatione ambientis aëris status, aliquid indicate potest: siquidem causas morbi plus, minusue dissoluit, vel seruat. Porro tempus præfinire exactè, non semper prima die licet: quando neque prima sorte diutum periodus, quicquam certi apportabit. Nam saepè ne villam quidem mutationem facit morbus intra eum terminum, sed omnia æqualia; siquidem lenè moueatur. Sed neque id magni refert, quando sat fuerit, primis diebus nosse, num acutus, an diuturnus sit morbus, ne in victu erreatur. Quod si diuturnior adhuc sit: multas quoque periodos præterite necesse est; priusquam aliquid innouetur. At cum non longè abeit, signa aliqua necessaria apparetunt; & multo magis, cum iam instat: idque in his diebus fieri, quos Indices vocant. Nam si in cæteris, nihil fidum nobis demonstratur. Omnes itaq; dierum quaterniones animaduerterto, num in his aliquid nota dignum apparet, quod ad benignitatem, vel prauitatem monstrandam aliquid momenti habeat. Statim verò & eorum quæ visa sunt, vites, numerum, & magnitudinem inspicias. Si enim multarum virium sit, quod appetet; aut nubecula alba

antea

antea non visa, maximum signum est, propè affore summum vigorem. Exactam verò notitiam habebis, vbi diei naturam, in qua primùm visa sunt; consideraueris. Si n. magnam vim indicandi habeant, ut quarta, vel undecima: profectò intra proximam dierum periodum status erit. Sed de dierū viribus, adhucus commentationis calcem seorsum agetur. His adde, & motum morbi, & externa omnia. Nam si ad celeritatem faciunt, eo magis tunc futurū statum prædicere poteris. Si aliquā tarditatem efficiant, tanto serius aduentabit, quantum & virium tardanti cause inerit. Sic itaque artificem tibi conjecturam confinges.

*Quæ prædicentem cauere opus sit, Cap. XIII.*

**M**Onere etiam antea prædicentem Medicum. Oportet, ne temere sententiam ferat. Turpe enim est falsum deprehendi: Attamen humanum censendum; siquidem rarum fit. Nam nihil in prædicendo delinquere, diuinum potius, quam humanum existimari debet. Quæ igitur cauere oporteat, sic accipio; ac primum in salubri, suapre natura, morbo. Cum enim aliter evenit, ac præmonstratum fuerat, necesse est aliqua ratione impediti naturam, quo minus iuxta proprias leges agere possit. Sunt autem quæ impediunt, ea de quibus scripsit Hippoc. primo Aphor. primo, quorum caput vnum est; Animum, vel corpus ægri vehementer moueri. atque hæc vel ab ipso Medico committuntur, vel ab ægro, vel à ministris; vel demum casu eveniunt. Aeger quidem, dum præceptis non paret: Medicus cum præ infirmitate, aut incuria, nec qualitatem remedium, nec quantitatem, neque horam, neque debitum utendi modum prescribit; vel si ad ostentationem semper aliquid moliri circa ægrum videri vult. At cæteri delinquent, vel incommoda victus ratione sex genoribus comprehensa; quæ non naturalia vocant, vel domicilio, in quo æger decumbitur.

sue calore, vel frigore obfit, sive somnum impedit, Casus verò multa fert incommoda; tristitiam, iram, pauores, lætitiam, aliaque innumera. Hæc igitur omnia pro sui magnitudine, viribus, & numero, & motum morbi variare possunt, & magnitudinem & morem, ita, ut parui morbi, magni hiant; benigni graues; & demum lethales. Rursus his impediri crisi potest, aut deterior reddi, aut tardari, aut accelerari, quam & noui insuper morbi ex his commissis superuenire possunt, unde præcognitio impeditur. Nam si sanis tuto delinquere non licet, quanto magis ægris? Quam ob rem ita prædicendum de ægro est, dum nihil delinquatur. Non desunt quoque ægre interna irritamenta, è quibus sæpe accidit, ut natura commodum indicationis tempus non expescet. Hæc sunt morbi magnitudo, & motus velocitas, quibus vehementer proritata, intempestivè mouetur: præsertim si æger natura iracundus, & sensus acerbus. Quamobrem non sine ratione scriptum est, In acutis morbis non omnino certas prædictiones esse, in longioribus verò eiusmodi subitez mutationes, non sunt, cum neque natura adeò proritetur, neque errata aut casus, si qui euenerint, magnum adeò momentum possunt efficere: quamuis acuti morbi citius multè, quam longi, exitus sui qualisunque futurus sit, indicia præbent. Nihil verò est, quod æquè Medicum ludificetur, ac morborum complexus, eius ratione euenerit, ut cum antea sectionis notæ compertæ fuerint, insperato æger morbi alterius ratione intereat. Quid ut deuites, proprias cuiusque morbi notas callere oportet, atque omnia signa inuicem conferre. Nam si quasi chorus quidam concinnant, periculum prorsus abesse significatur; præsertim verò principum partium robur: vel infirmitatem considerans; & earum, quæ ex his oriuntur, inuenies, num simplex, au multiplplex affectus subsit.

Nec minus cauendi sunt qui propriè maligni, id est, latenter, & furtim vitæ infidiosi dicuntur; ut quā placi-

placidi apparentes, atque aliquando coctionis notis persistantibus, occidere solent. Sed hos detegit principium partium laesio aliqua, quam praeter rationem persistare videmus; ut prauas pulsus differentias, turbatos somnos, vitiatam respirationem. Stulte quoque vulgus opinatur, Medicum statim inter morbi initia cuncta praalentire debere. Fiunt enim sèpè surgente materia permutationes, quibus insperato sanitas, aut mors evenit. Sèpè natura tantummodo signa sunt, non lethalia absolute dieenda, neque salubria. Donec itaque aliquid evidens appareat, nihil certi est enunciandum. Morem quoque morbi animaduertito, ut & qualis sit, ut constans. In his enim maximè præcognoscendi præcepta statuimus. Nam in his, qui temere mouentur, nihil certi prædicere poteris, donec certam motus sui normam adipsantur.

### *Num ager euafuris sit, conjectura. Cap. XLLL.*

**P**RIMÙM igitur propositorum erat prænoscere existum, quem habiturus est morbus, cuius gratia speciem ipsius considerabis: quoniam iam experientia comperatum est, qui sint prorsus lethales morbi, ut iocinoris, scirrhus & consummata tabes, & cordi vulnera, & qui rursus maiori ex parte, ut apoplexiæ: & qui demum periculū inuehant, ut acuti omnes morbi, & in eodem genere qui maius, minusq; discrimen apportent. Còrrà verò alijs toto genere salubres, ut quartana; secundo loco morē; num scilicet malignus, vel benignus appareat: siue malignitas cum magnitudine iuncta sit, seu circa magnitudinem. Quamobrè & notas omnes, quib; mos significatur, ex superuenientib; symptomatis & excrementis obseruabis; tum earum vim, atq; magnitudinem considerans ex malignitate maiori, vel minori his notis comprehensa, periculi magnitudinem colligens. Altera verò, eaq; evidens conjectura est, vbi vires bis comparaueris. Nam pro earū robore, vel infirmitate,

## LEONARDI IACCHINI

periculi magnitudo augetur, vel imminuitur adeo, ut quæ aliqui periculum solum monstrabant, prorsus euadant ex virium imbecillitate lethalia. Quin & neutra quoque signa; quales sunt cruditatis nocte in excrementis repertæ, si ad imbecillas vires comparentur, periculosæ, vel lethales euadunt, pro magnitudine imbecillitatis virium, & cruditatis. Neque enim ante coctiones causarum morbi, legitime solui morbus potest. At eæ longius absunt, quam ut vires perferte possint. Quod si cum cruditate multa, moribus acutus oriatur, tanto magis certa mors imminet. Nam vires tametsi fortes diu labores tantos perfere non queunt: morbi vero causa citè euinci nequeunt. Tunc vero periculum prorsus abesse significatur, cum in morbo, qui ab humoribus ortus sit, coctiones eius morbi propriæ appareant. Cuncta tamen circumspicere oportet, quæ circa ægrum visuntur; num simul quasi egregius quispiam chorus concinat. Itaque nos excrements modo, sed & functiones omnes, & cetera, quæ ægri superuenire solent, considerabis. Si enim probeneris omnia, in tutto res fuerit: sin aliquid graue, cum bonis simul appareat, de complicato affectu, aut latente quopiam graui morbo suspicio erit. Caudendum tamen interim est, ne à criticis symptomatibus aliquando imprudens terreas, quæ ut à prauis distinguantur, supra diximus.

*Quisnam futurus sit solutionis modus.*

Cap. XV.

**V**TILE vero est, ubi sanum fore hominem concieris; modum quoque nosse, quo morbus solvetur. Sunt autem, qui crisi finiantur: sunt qui simpliciter solvantur. Est autem crisis præceps, & vehementer motus, quo vel confessim sanatur æger: vel maximum ad salutem momentum habent. Hanc enim propriæ, & absoluto nomine Crisi dicimus; ut malam crism, quæ ad mortem, vel subito, vel post

post pugnam ad peius mutationem ducit. Nam si hoc ignores, facilè naturæ opus impedes, aut tollendo prorsus, aut tardando: quin & perturbationem quæ in ea conflicitatione contingit, adeò au- geri aliquando ex errore coartat, ut mortis peritulum afferat. Itaque crisi finieridum morbum esse, magnitudo morbi demonstrat. Est autem ea ma- gnitudo, quam in morborum genere sibi vendicant, quæ etiam periculo iudicatur. Qui igitur toto ge- bheri morbi magni sunt, crisi solvi solent. At parui simpliciter solvi, hoc est paulatim, & sine motu cri- tico. Cæterum robustas vires esse oportet. Infirmito- res enim vehementer hanc cœculationem non ag- grediuntur: sed in salubri morbo paulatim causas illius superant. Iti lethali paulatim succumbunt, quasi resistentes, quo adhuc, morbo, nunquam tam certamen aggressæ. Oportet autem & medicum omnia hæc nosse, ne delinquat. Siue enim ipse, siue zege, siue ministri aliquid commiserint, pro ipsius ti, aut tolleret crism, aut naturam eius mutabit, aut tardabit, aut importunè accelerare coget. sed hæc paulò ante monebamus.

*Quando nam crism expectare oporteat:*

### Caput XVI.

**N**VM vero serius, vel oxyus crism habiturus sit morbus, illammet monstrabunt, quæ & morbi statim: siquidem bona crisi, status tempus expectat. Nam ubi miniora ominia euaserint, nihil est cur protinus crism expectes, sed simplicem solutionem. At statutu diem crisis, primùm præmonstrat morbi motus. Nam cum in vehementia accessionis fiat, necesse est, ut qui in paribus accessionem habent, in parib. quoque crism habeant, ita & qui in imparib. Cæterum eu- dentius multo indicantia crisis diem præmonstrant. Quæ n. in die contéplabili visa sunt, pro sui magnitudine, & numero, & virib. possunt id monstrar: itaque actiones quarta die visa in septima crism fore nun-

tiant. Sed statim diei naturam in qua primū vīta  
funt iniicies. multum enim dies diem indicando  
excedit. Si itaque validum sit quod apparuit, ut sub-  
fidentia bona, & validum indicans, ut dies quarta  
coniectura maxima habetur, septuām crīsim affer-  
re, nisi quid impedit, ab his motus velocitatem ini-  
spicies. Nam si celerrimè moueatur, non dubitan-  
dum erit quin id fiat: cuius ratione & tempus anni;  
& ægri naturam considerabis. His enim atque alijs,  
motus morbi tardatur, vel concitatur, & inde status  
tempus: potest & crīsis tempus differri, aut accele-  
rari. Cūm verò iam dies instat, præcedere critica  
symptomata vigeas, de quibus anteā diximus. An-  
tecedit enim necessariò perturbatio. Quod si inter-  
diu futura sit, noctu eueniet, sīq; noctu, interdiu.  
Perpetuò verò in accessionis vehementia crīsis fieri  
quanquam tum diei natura, qua alia aliquo benigni-  
tate excedit, tum mediti prouidentia, ipsiusque ob-  
temperantia plurima molestia ægrum leuare so-  
loant. At cū propriè iam adest, & critica confusa-  
tio coepit, pulsus eam aperte nupciant, ut si alii, &  
vehementes fiant, vel magni quoque, & vehemen-  
tes euaserint eorum, qui præcesserant, compara-  
tione.

### *Qualem crīsim expectare oportet. Cap. XVII.*

**V**Tile quoque existimandum est, vbi Medicus  
præuideat, qualis futura sic crīsis. Dico autem  
crīsis qualitatem; quoniam magna est earum lati-  
tudo, cum alia optima est, quam præcipue eligi-  
mus: aliae verò ab hac degenerant. Optimam igitur  
iudicamus, quæ prorsus morbum soluit; idque sine  
ægri periculo, atq; fideleriter, per notam dignam ex-  
cretionem: huic namquæ nihil ad bonitatem deest.  
Contrà verò, quæ imperfectè morbum soluit, mi-  
nus laudatur: vel quæ non sine periculo fit, vel si se-  
da non sit, vt pote à qua recidua expectetur. Si igit-  
ter conficiatio maximè expectatur, unde & peri-  
culum

ttalum ægro impendeat ( siquidem ex parte ægro prædixeris) minus multo terribitur. Tu verò prævidus plurimis occurres, à quibus timendum foret, siue sint immoderatae excretiones, siue alia symptomata quæ simul accidunt. At si infida crisis iudicatur, utile erit id prænosse, quo nihil negligentius circa ægrum agatur: ne inopinatò adueniens recidiua, longè dererius hominem afficiat. Primum igitur ad perturbationis magnitudinem prænoscendam, noris ab extrementis symptomate maximè facilis. Cum enim coctiones antea visæ sint eius morbi propriæ, in minore negotio crises sunt, siquidem & euicit natura, & edomit morbi causas. At in cruditatibus multa aderunt symptomata, multaque; conflictatio. Verum, ut diximus, diei vis & natura, plurimam perturbationem tollit, atque adanget. siquidem septima die mitescere omnia videmus, quæ expectantur: contrà, sexta vltra expectationem ingrauescere. Præcipuum verò iaboriosæ crisis nuncium est pulsus, in quibus multa inæqualitas sentitur: priusquam alti, aut vehementes fiant. Quod sane in cruditatem itidem referre oportet: ob quam natura laboriosè nimis secernit morbi causas, atque excernit. Fidam verò fore, & sine recidiuæ metu itidem coctiones præmonstrant; idque ea ratione, quam diximus: sicut & diei natura, in quo motus expectatur: Infida enim est tertia dies; fida septima, & decimaquarta præ omnibus. Quod si morbus undeque simplex benignusque videatur, magnam coniecturam facit, crisis modis omnibus absolutam fore. At ubi iam adest, motioque incœpit, ipsius bonitatem conijicies; ubi morbo comparaueris: siquidem experientia vna & ratio monstravit, non omnibus omnes crisis modos conuenire, sed alios alijs exigi; siquidem rectè indicari debeant: si sequitur, aut male iudicari, aut non fideliter, aut multo labore.

Crisis igitur diuiditur, quod alia excretione sit, alia abscessu. Fiunt autem abscessus, cum natura

excretionem molitur, neque probè succedit: quare in aliam partem morbi causas traducit. Quamobrem calidi morbi causæ; excretione quidem finiri solent: frigidì verò abscessu. Primiùm quòd facilius calidi, mobilesque humores excernuntur è corpore: frigidì verò contumacius inhærent. Huc accedis; quod cum ægtè concoquantur frigidì. sit ut defessa labore natura exactam coctionem non expectat, & prius morbum soluete enitatur. Euenit igitur excretionis loco abscessum eā de causa fieri. Porro excretionum non unus modus est: multifariam enim sicut natura expurgare à morbis nostrum corpus, cum proprio, & conuenienti motu agit, & sudoribus, in quam, & deiectione alii, & vomitu, & trinitate & sanguinis fluore, tum è naribus, tum è venis sedis, vel vteri. Verum ex his alia, alio morbo magis conductit. Quæ sanè distinctio partim ex natura morbi, partim ex affecta sede habetur: dum neminerimus tentare semper naturam, si proprijs legibus agit, per faciliores vias: quamobrem neque semper unica excernendi ratio sat fuit, sed variaz tentantur, siquidem neque una in parte excrementa collecta sunt. Cum igitur in tertiana & causo bilis per extimas venas; & carnes fundatur, optima per sudores iudicatio erit. quod sanè experientia monstrat. Oportet autem calidos toto corpore effluere. Quod verò in reliquis quaque venis abundare excrementa cōtingit, aderit fortè vni & bilis vomitus, & deiectionis. Sic phrenitis sudoribus iudicatur, cum toto quidem corpore calidi affluant, sed præsertim circa caput. Idem faciunt & biliosæ deiectiones: sic phlegmone omnes, quæ circa præcordia éveniuntur sudoribus iudicantur. Sic febrium omnia generaz quamuis quotidiane vomitum, & deiectionem piætutissimam potius eligant: quando multus eiusmodi succus circa primas venas aceruatur. Quartaz vero vtrinque, sed per inferna potius arra, & varia expurgare solent. At profluvia sanguinis tum causas, tum sinochas febres frequentissime sanant: vt & phren-

phrenitum, & vniuersum, præcordiorum phlegmas, si recta è nare profluant. At pulmonias. & lethargos rarissime sanarunt, raro & pleuritum. Porro quæ ex sedis venis profluant, priuatim melancholicos morbos sanant: quæ verò per menses, iudicant (quamquam rarius) morbos omnes, qui narium profluvio iudicari solent Vrinis commodè solvi febres solent. Præterea morbi omnes, qui circa gibba iecinoris, & renes, & instrumenta cætera vrinaria tenuiunt, ut sima, deiectionibus, & cuncta, quæ ad ventrem, & mesenterium attinent, commodè purgantur: quamquam vomitus quoque his succurrere soleat, nihil tamten obstat, vbi magno impetu naturopus aggreditur, vnamquamque ex his vacuatioibus vniuersum corpus expurgare, sed hoc maiori conflictatione atque discrimine. Vbi verò iam exercitio cœpit, confirmabit crisis bonæ expectationem; si quæ excernuntur, talia sint, quæ morbo conuentant, hoc est ipsæ morbi causæ, quas antea in unoquoque nouisse oportet. Cùm verò motio prorsus cessauit, certissima optimi exitus pugnæ indicia adderunt. Nam & pulsus meliores sient, & se multo leviorum, & agiliorem æger sentiet. & vultu hilariore; siquidem leuata est natura omni molestia.

*Quo pacto naturæ motum præsentias, quò tendat.*

CAP. XVIII.

**I**D verò, vt si quid aliud, præsentire est utile. Nam si crisis vndeque rata non sit, periculo prouidentia occurtere poteris. Diximus morbi speciem excretionis formam demonstrare: Sed cùm iam crisis tempus apparet, critica ipsa symptomata id magis aperiunt, quæ alia alias excretiones solent præcedere: vt si febris ardens crism sit habitura, cum & sanguinis profluvio, & sudore, & vomitu, & deiectione iudicari possit, tu vomitus proprias notas inspicias. Antecedit enim hunc capitum dolor, vertigines, oris ventriculi mortus, visus bebes & tenebrofus, nouis-

simè & inferius labrum tremit, & tenuis salix e  
 ore defluit, nonnunquam & difficilis spiratio adest,  
 & delira loquuntur. At vbi sanguis fluxus est, fa-  
 cies rubet, defluunt lachrymæ, caput grauitatur, tem-  
 porum venæ tenduntur, calorque multus, & pulsus  
 circa arterias capitales sentitur: præcordia quoque sine  
 dolore tenduntur, & alia superuenient confusa, de  
 respiratione difficulter, & delirio. quod si ætate vigente  
 seger fit, & hac via expurgari conuenerit, certiorem  
 profluuij sanguinis conjecturam habebis. Pone rut-  
 sus vrinas supprimi, ac rigore illo vehementi, crisis  
 nuncio ægrum prehendi, siquidem neque vomitus  
 neque fluxuri sanguinis propriæ notæ appareant,  
 deiectiones alii inspicias: que si vna suppressæ sint  
 vel imminintæ, sudores expectare oportet, quos iam  
 iam prorumpentes, molles pulsus, & fluctuantibus  
 similes annunciant, quanquam & extima omnia ca-  
 leant, & facies rubra sit: sentiturque è corpore cali-  
 dus quidam vapor copiosus efferti. Deiectionis ve-  
 rò nulla indicia propria sunt. At vbi in morbo salu-  
 bri crisis nuncia symptomata apparuerint, neque ali-  
 arum excretionum notæ appareant, id generatim  
 colligitur, naturæ motum ad infernas partes ten-  
 dere. Verum multiplex hic excretio esse potest, &  
 per uterum, & sedis venas, in quibus & lumborum  
 dolor cum grauitate aderit, commune sanè signum  
 virisque, uteri verò proprium, circa pubem maximè  
 fieri: vt in deiectione intestinorum morsus, & fla-  
 tuum strepitus. Quod verò crisis per abscessum erit,  
 morbi primum species demonstrat: siquidem (vt  
 dictum est) calidi, excretione magis, frigidi abscessu  
 soluuntur. Morbi motum quoque considerabis:  
 Nam acuti excretione, longi abscessu iudicantur: sed  
 ambo hæc in naturam causarum referuntur. Si enim  
 nou facile à natura superantur, sed diu etude ma-  
 neant, morbus tamen magnus sit, roburque vitium  
 adfit, abscessum expectare oportet. Nam si contrà  
 vel ætate vel alia ratione seger imbecillus sit, vel pau-  
 latim concoquentur, vel cuiuslibet natura occident. Fa-  
 cit

fit & aeris conditio ad abscessus inducendos. Nam hyeme potius; quam estate eveniunt. qua verò parte abscedens humor sistetur, ex partium robore; vel infirmitate deprehendes. Itaque si mittentium vis valida sit, neq; æget insigniter debilem aliquam partem habeat, ad extremos artus; vel ad cutem ab-cessus sient, quando & maximè laudantur, si præ-sertim per directum fiant. Si verò aut quæ impel-lant, non ita valeant, aut proximè sita pars aliqua infirma, in illam abscessus fit:

*Exitiales mōrbos incertos motus faciēt.*

### Caput XIX.

N his verò; quos lethiales cognoscimus; motus incerti ad eō sunt, ut præsciri nequeat quæ proīsus figura sit mortis ratio, quod tempus. Neque enim proprijs statisque legibus natura pugnat atque mo-betur, sed morbi prioritatione. Igitur quod cum critico motu æger morietur, morbi vehementia, & vi-tium robur demonstrant. Tunc enī proculdubio-tristim natura tentabit. At ubi inualidae vīres, ne ten-tabit quidem; vel primo statim congreßu supērabitur. Monstrant idem & coctiones debiles; quæ ante-font visæ. Hinc colligimus posse naturam aliquid efficere, sed in ipsa conflictatione vincendam. Quis-verò futurus sit crisis modus multo, antea cognosci non potest: potest tamen ubi imminent, idque ex proprijs symptomatis quæ crisis unquamque priuatum insequi solent. Verū id quoque incer-tum est, sed neque si certò seiatur, quicquām utile parari potest. Porro num serius vel oxyus, diem æ-ger obiturus sit, motus morbi declarat. Qui n. ve-locissimè mouentur, primam dierū periodū horū transeunt: virium tamen robur, mortis temptis ali-quando tardat. Mortis verò diem indicatrix prænun-tiat, sed nō æquè ac insalubri. In illis n. quicquid nota dignum in die contemplabili eveniebat, criti-cum motum in sequenti iudicatorio futurum mō-

strabat. In his verò aliter. potius enim in diem aliquam infastam motus cadet, ut si quarta lethale aliquod notabile apparuerit, fueritque motus morbi velox, viresque invalidæ, in sexta hominem tollet. Si non adeò gravis, aut vires validæ fuerint, ad octauam potius traducetur. rari enim septima die malam crism habent. Signat & mortis diem motus morbi. Nam qui in paribus mouentur, in illis quoque mortem afferent: contrà, qui in imparibus. Horam verò mortis mos partium accessionis denunciat, ut in eo accessionis tempore eventura sit, quo seger pessimè haber. Sunt igitur qui circa accessionum initia se habent pessimè, ut quibus copia crudorum confertim corridente in viscera, obruitur calor, non secus atq; à multis, & viridibus lignis flamma extinguitur. Sant qui in crescente, vel vigente febre, idque ratione symptomatum quæ tunc rigent maximè, quamquam & inclinante accessione difficiunt quosdam videoas, nempe resoluta vi confertim status ratione. Ceterum in his, qui sine crisi perirent, vel paulatim ingrauescente mali natura succumbit, vel cum subito magnam mutationem ad peius fecerint, postmodum paulatim ad necem tendunt, vel subito ex multa vi morbi, & virium infinitate, circa etiam criticum motum intereunt, quem etiam mutationis modum lethales morbi proprium habent.

*Cui nam diei accepta referri crisis debeat.*

### *Caput XX.*

**C**Vm de crisi securitate antea egimus, non exiguum coniecturā ex diei natura sumebamus: At cum non tardè eveniat criticum motum multos dies occupare, incertum erit cui nam dies tribui debeat, nisi aliqua ratione dignoscatur. Pone enim septima die febrem prehendisse cum criticis symptomatis, excretionem verò octauam incipere, atque in nonam extendi: incertum sanè erit, qualis ex natura

tura diei sit iudicanda. Igitur in crisi tria maximè spectamus, primum tempus, quo conflictatio cœpit: secundum quando nam excretio, vel abscessus huius cœpit, tertium tempus, quo morbus est solutus vel magnum ad salutem momentum fecit. Quòd si forte eueniat, ut in unam diem tria hæc incidentia nihil dubij relinquetur, si in diuersos, ut in exemplo proposito, suspecta erit ob dies octauæ naturam, quantò magis si ipsa octaua die morbus soluatui. Sic igitur distinguere oportet, ut illi diei accepta referatur, cui plurima ex his tribus eueniunt. Itaque si octaua die, & excretio, & scutio euenerint, eius quoque diei crisi testimanda erit: si verò tria in tres dies distribui contingat, illi maximè tribuenda erit, in quo excretio cœpit: siquidem is est maximus naturæ impetus. Nec parum confirmabit coniecturam crisi modus, siquidem septima faciliores, & meliores crises inferre solet, octaua laboriosas, atque imperfectas. Quòd si quid nota dignum æger commiserit, vel alia ratione erratum sit, statim suspicio non leuis erit, ne mutato motus tempore, ea, quæ à quarta, vel quinta die, in septima futura nunciabatur, in sexta, vel octaua eueniar. Contrà verò si morbus vndique salubris apparuit, nihilque sit erratum fieri vix poterit, quin septimæ diei tribui debeat, quare scimus naturam irritatam, non impeditam in tali morbi genere maximè eligere.

*Morborum differentiae ex motus qualitate acceptæ. Cap. XXI.*

**P**ropositum sèpe antea est, multam esse dierum differentiā in quibus morbi solutio euenit: nec parum ad coniecturam facere, si eas probè nouerimus. quamobrem de his modò diligenter agendum, ea congruo ordine disponentes, quæ veteres experientia inuenierunt ac primum partitiones morborum proponantur, qui ex qualitate motus oriuntur. Igitur acuti morbi dicuntur quæ cum magni toto

genere sint, ad summum vigorem celerimè propellant. Cæterùm celeritas multam habet maioris & minoris differentiam. Itidem & tarditas. Hinc variaz morborum differentiaz oriuntur: alios namque simpliciter acutos dicimus, alios valde acutos, alios acutos degeneres, quos sanè vix acutorum appellatione dignamur. Itaque valde acutos dicimus, qui quod longissimum est, hebdomada terminum habent: Acutos verò simpliciter, qui secunda hebdomada terminum habent. Degeneres qui ad quadragesimam diem protrahuntur, quanquam & id aliquando conspicitur, ut qui simpliciter acutus dicitur, ad diem 20. perueniat, quod inter initia acutus non erat, sed talis factus (exempli gratia) die quinta, mox decimaseptima est iudicatus: vel qui die septima, acutus evaht vigesima. Potest & qui statim ab initio acutus erat, dies aliquot intermittere, vel leniri: rursus que acutiem, & magnitudinem sibi asciscere, atque ita in vigesima iudicari: illud tamen perpetuò verum erit, acuti morbi vim duarum hebdomadarum tempus non excedere. Cum verò dico finiri acutum morbum, intelligo, vel ut prorsus soluat, vel ut inclinet. Porro acuti degeneres dicti, qui à tertia hebdomada usque ad diem quadragesimum terminum habent, trifariam sunt. Primum cum sèpè intermisit acutus morbus, atque repetit, vel continuus ab initio ad finem permanet, sed vehementia ab acutorum natura degenerabat. Ultra hunc terminum morbos simpliciter diutinos dicimus.

*In quo morbi genere critici motus expeditandi sint  
qualesq; expectandi. Cap. XXII.*

**Q**ui igitur intra 14. diem terminum habent, ut motus velocitate praestantis & motus vehementes faciunt per erises. Nam & morbi sèpè subito soluuntur, & magna cum confictatione. Ab his quod magis disceditur, et & languet magis criticus

eus motus. Tres itaque dierum ordines statuerunt conuenit, facilioris doctrinæ gratia. Primus eorum sit, qui intra 14. comprehenduntur: secundus eorum, qui intra vigesimum: tertius ad quadragesimum extendatur. Nam morbi, qui ultra hunc terminum extenduntur, raro crisi finiuntur. Nam plerumque per concoctionem solvuntur. Quod si crisis aliquando fiat per abscessum, multum à prioribus degenerabit. Nam primum abscessu potius fieri quam excretione, neque adeò grandem perturbationem inuehet. Quod si excretionē aliquando fiat, neque illa vehementer erit, nec subitam morbi solutionem faciet: sed saepius imperfecta erit, & multos durabit dies. Contingit quidem (quanquam raro) quod & nos fatemur, in longis quoque morbis subitas, & vehementi motu solutiones fieri. Ceterum in his solis, qui ex multis morbi remissionibus, & repetitionibus in longum tempus protractis tandem crisi solvuntur. At qui necessariò eueniet, ut aliquot dierum periodis antea vehementes euadant, ac velocitatem acquirant motus acutorum instar, febresque & symptomata superueniant his similia: reverè dici possit, hos tunc acutos esse cœpisse. At illud perpetuum verum sit in solis acutis morbis, validas, subitasq; mutationes fieri.

*Catalogus criticorum dierum, & eorum inter se comparatio. Cap. XXII L.*

**C**RITICOS dies, & quam quisq; vim in iudicando morbo habeat, experientia monstrauit, longa veterum obseruatione confirmata. Causam horum nullus haftenus inuenire potuit. Metimur autem eosum vim, ac dignitatem his conditionibus. Prima est, quod multos iudicent non raro: secunda quod bonas crises plurimas ferant, hoc est perfectas, fidatas, tutas, antea indicatas, subitas, excretione potius, quam abscessu euenientes. Tertia, ut ad bonā crisiſim fendant, magnū in corpore apparatum non exigant

non vires valde robustas, non expeditam illam concoctionem, neque omnia prorsus tuta, quæ in morbo visuntur. Dicimus perfectas crises, quæ morbo ægrum expediunt, fidias, quæ reciduam nō faciunt. Tutas quæ cum magno & periculo conficiunt non sunt, iudicatas, quibus in präcedente quartenario criticum aliquid signum apparuit. Sunt autem ea coctionis notæ, vel excretio aliqua vel ambo. Qui igitur dies plurima ex his habuerint, erunt dignitate priores; post hos gradatim, ut pluribus horum, vel paucioribus destituuntur: vel si omnes habeant, multum tamen viribus ab alijs supererentur. Quod enim plurimos iudicare dicimus, vel tardò, & fideliter, multam habent latitudinem. In primo igitur ordinis selectissimi dies inueniuntur, è quibus septimus primum locum tenet: ut cui nihil ex propositis defit, & validas has dotes prä ceteris habeat. Ab hoc decimus quartus: dehinc nonus: mox undecimus. Succedit in secundo ordine vigesimus: mox decimus septimus. Ab hoc quartus: dehinc tertius: ultimus, decimus octauus. hi sunt qui boni critici dicti merentur, intra diem vigesimum. Et reliquie enim sextus naturam aduersam habet septimæ: si quidem magno cum periculo crism facit, & multum corporis apparatum exigit: sed neque perfectam, neque fidam, quamobrem & quæ excerruntur prava sunt, acria, cruda, fœtentia: hoc ynoseptimo similis, quod multos ægros iudicat: quamquam & in hoc longè à septimo superetur. Huic proximi natura sunt octauus, & decimus. Cetera quidem pares: sed hoc vincuntur à sexto, quod ratius crism faciunt. Eiusmodi quoque naturæ sunt duodecimus, sexdecimus, decimus nonus, malitia scilicet präcellentes, & raro facientes crism. Hæc itaque sunt dierum series duæ: feliciunæ altera: malorum altera: Inter quos tertius decimus ambigit. Neque enim bonis prorsus est adnumerandus, neque prorsus malis. A vigesimo die ad quadragesimum alijs dierum ordo numeratur, qui multò imbecili-

becilliores censemur, ad bonotū ordines, qui sunt ante vigesimum, comparati. Vel enim aliqua ex dominis illis deest, vel eas debiliores habent, cùm multo rarius crises faciunt. Sæpe vero vel imperfectam, vel quæ multos dies occupet. In his tamen & quendam dignitatis ordine in adducere est, ut alter altero melior estimetur. Primus igitur horum sit 21. ab hoc vi gesimus septimus. Sequentur hoc ordine trigesimus quartus: quadragesimus vigesimusquisartus, trigesimus vñus & trigesimus, trigesimus septimus. Hucusque crises propriè dictæ eveniunt. At vita hos potius abcessu quam excretione fiunt. Quod si excretione, subito morbum non soluet, sed multis diebus sese natura expediet. Horum vero ordo vi- genarij replicatione conflatur, atq; ex eo vim suam assument: vnde & pares viribus ferè existimantur, quingentesimus inquam, & octuagesimus: centesimus, & centesimus vigesimus. Hic vero cum quatuor constet mensibus, radix efficitur alterius ordinis, qui per mensum quaterniones, atque hebdomadas numeratur.

*Quos nam dies indices nuncupemus, & eorum  
vires. Cap. XXXIII.*

Indices vero dies, media hebdomada locum habent: sic dicti, non quia ipsi quoque vim criticam non habeant, sed quia vim præterea aliam habent, quod vim habeant nunciandi criticum motum in sequenti alio iudicatorio futurum: ut quartus, vndecimus, decimus septimus. Est & vigesimus dies tertiz hebdomadæ finis, non primus & vigesimus. Constat enim tertia sex diebus duntaxat. Hinc & qui vi genarij replicatione critici gignuntur: neque hi integris hebdomadis constituuntur. Siquidem quadragesimus criticus est, non quadragesimus secundus. Hi igitur sunt maximi indices. At decimus octauus ipse quoque index existimatur, non quidem vigesimi sed primi & vigesimi. Ut aut in iudicando

multa erat roboris differentia, ita & inter indicem alijs maiorem, alijs minorem vim habent: prima itaque laus quartæ diei est, cùm indicat. Multa enim fide, quid in septima euenturum sit, prænunciat: quamuis & sexta quoque crisis ex eo indice euenire possit. Mox undecima: Dehinc decimaseptima & decima octaua. Neque bonas crises solum annunciarē possunt, sed etiam malas. Quas enim prauz quartæ die euenerint, mortem aliquando septima futuram nunciant: sapientia tamen sexta, vel octaua eueniet, ut diximus.

*Qua ratione dies in morbis numerandi sint.*

Cap. XXV.

**Q**uoniam verò qui dies numerat, ab aliquo principia numerare incipit, necesse est nosse quoniam sit morbi principium. Morbi verò principium statueris, cum sensibilis actionum lœsio in æstro apparet, quod alijs dixeris cum morbi ratione decumbere cogitur. dico autem morbi ratione, quoniam multi molliores etiam leuissimis de causis decumbunt, ut lassitudine, capitis leui dolore, aut ventriculi. Contra verò duriores multi etiam à fortis lœsione non decumbunt siue etiam actiones suas obice cogantur, ut iter facere. sed nihilominus, sensibilis illa lœsio apparebit, si ad se sanos comparentur. Quousque verò consueta agunt, quanvis parte aliquaborent, ut dolore capitis, vel ventris, ægri absolute non discentur, nec illud morbi principium. Non igitur simpliciter à febris initio sunt numerandi. Dies etenim in puerperis, à doloribus partus inchoamus, quod hinc oriri morbos censemus febribus, & incidit sensibilis lœsio. Sed si multos post dies euenit febris, ex alia occasione euenisse putandum, & ab alia sensibili lœsione dies numerandi erunt. Sic si morbus à dolore incipiat, febris verò succedat, ut in angina, & colli, vel ventris dolore, est iudicandum.

Illud

Illud quoque experientia est inuentum in morbis, qui intermittunt, & redeunt, periodos numerari debere, non dies, ut tanti nobis sit in his morbis periodus, atque in continuis dies singula: ut quartus periodus viat, & dignitatem habeat quartæ dies, & septimus septimæ. Quod si morbus inordinatas habeat intermissiones, & repeatat, quod s̄pē in longioribus morbis euenire videntur, incertū est, quomodo dies numerare oportet. Num verò eos quoque, quibus morbus intermittitur? Atque videtur Hippoc, horum diligens obseruator, dies singulos numerare ab initio morbi ad crīsim. Anaxionem enim trigesimaquarta morbo absolutum ait, non vigesimaseptima. Abderitem verò illam virginem vigesima quarta, non autem vigesimaseptima libera tam affirmat. sed videtur utrumque euenire in his, ut siue dolorum dies solos numeres, siue etiam intermitentes, in aliquam diem criticam incidunt. Hæc de Præcognitione satis.

LEONARDI IAC-  
CHINI EMPORIENSIS ME-  
DICI EXCELLENTISSIMI DE  
*Rationali curandi Arte.*

 R A T mihi animus optimi atque omnibus numeris ornatus summae iuuenes , de reliquis partium affectibus , quām primum agere , ut vniuersam illam tractationem iuxta veterū dogma explicarem : sed statim in mentem venit, quod longè antea facere institueram, non esse amplius differendum . hoc est rationalem curandi artem, quam Galenus 14. Therapeuticis libris exposuit, breui, faciliisque compēdīo comprehensam vobis proponere : rem profectō & ab omnibus doctis expertam , & sēpē tentatam : rem inquam p̄ae omnibus utilem & necessariam , quod statim monstrabitur.

*Ars rationa-  
lis dicitur  
Methodus.* Cum enim omnes nos Galeno & Hippocrate discibus rationalem sectam profiteri velimus , quo p̄acto quis medicus verè dici poterit nisi Rationalem artem, quam Methodum dicunt, calleat? Esto enim omnia artis p̄cepta hic teneat , eorum tamen rationem non teneat,nihil ab Empirico distabit. Nam ut ille antea obseruatis , & expertis subscribit, sic iste p̄ceptis authorum absque ratione subscribet , & absque delectu , quo nihil perniciosius in artibus cæteris, in medicina verò nihil calamitosius evenire potuit. quod Hippoc. primum testatus est, cum ait: Nihil despiciendum , nihil temerè admittendum. Multa enim veteres medici ob malam ratiocinandi artem , & male posita principia , inutilia p̄cepta collegerant. At quid est, inquires, nihil temerè? Exponit Galenus libros tum Hippoc. ipsius, tum veterum omnium, ita esse legendos , ut semper cum sensu evidenter conferantur , & quæ his non quadrant,

*Hippoc. Bi-  
bri, ac cae-  
torum quo-  
modo legēdi.*

drent, reijciantur. Quid dicam de iudicij firmitate, quam parit hæc ars methodo tradita? Propositi⁹ enī vbiq̄e innumeris remedij, is solum de ijs iudicium ferre poterit, quale suscipiendum, quale dimittendum sit, qui in methodum curandi norit, id est qui per rationis semitas artem didicerit. Itaque securus illis vtetur, securus scriptores leget, atque ad certissimam trutinam eorū placita perpendet: quod s̄epe præteritis annis vobis monstrauimus. Quid de remediōrum inuentione, quæ s̄epe necessaria est, vbi antea descripta, & tibi nota desint? Vel si noua morborūn genera suboriantur, nonne is solus tutò incedet, qui viam rationalem calleat? Nonne ut Erasistratus ait, hic siue ruri in agro, siue in vrbe maneat, siue in medio mari verletur, semper locuples remediōrum erit? profectò. Nam & nobis id s̄epe summa felicitate contigit. Quid de nobilitate attinet dicere? quantū enim artifex ab inertī: quantum ille, qui causas rerum querit, ab eo qui aliorum placitis mancipij ritu obedit, atque subscribit, tantum rationalis medicus cæteris anteibit.

Sed neque sine hac partium curationes rectè explicari poterant, aut institui, vt si ventris intemperies calida curanda sit, quomodo docebimus quicquam vtile, nisi nouerimus à quibusnam indicantibus curatiui scopi haberi debeant? nisi nouerimus & quæ si generatum intemperiei calidæ curatio, & quid sibi partis affectæ ratio exposcat. Mox cum quotidie remedia proponenda sunt, qualia sunt fomenta, venæ sectio, purgatio, repellendum est, deriuandum, repelliendum: atque hæc remedia, vt dicere solebat Herophilus, artem methodum siue callentibus manus Dei sunt, cæteris verò incommoda, vel etiam noxia. Oportet enim congruum eorum usum præscribere, qui electione, quantitate, occasione vtendi, & modo constat. Quo nomine maximè culpandi veniunt, quibus ante nos huius artis docendæ cura mandata fuit: quod nunquam artem hanc vniuersum tradere tentarint, sed potius iuuenum ingenia

*Erasistrati  
dictum.*

Innumeris nugis intricarint; atque assuefecerint ad deum, ut non iam quid ratio; & rei natura moniles; sed quid ille author scriperit, considerent, & studientur.

*Hippoc. rationalis artis primus inventor.*

Haec verò artem primū intenit Hippoc. atque ipsius seminaria iecit. Subsequunti vētō viri clarissimi excoluerunt & exortarunt: post quos Galenus; post sexcentos ferè annos; controuerfis omnibus silentium imposuit, atque vniuersam absoluit. Cæterū eo scribendi genere, quod Asiaticis in motu esse solet, qui ob prolixitatē immensam, mirat obscuritatem tyronum mentibus pariat. Sed nequé vno in loco diligenter tractationem vel de indicationibus curatiuis, vel de remedijs facit: ut sparsim scripta præcepta in attis formam atq; ordinem colligere oporteat. Hanc rem aliquando aggredi Autem. visus est, sed vel morte p̄r̄uenitus, quod doctri existimant, perficere non potuit; atque ultimam manum imponere: vel quodd in ea artis parte, quæ Aetiologya dicitur, magis versatus, atque exercitatus, utpote philosophus, partem hanc negligentius attigerit. In summa quantum effecerit hac parte, vobis ipsi iudicabitis, cum priuatim singulos locos proponeamus, ac de his singillatim tractabimus. Ob id nos hanc proniciam suscepimus onerosam sanè atque difficultem: attamen quæ vobis iucunda, ni fallor, atque reihs futura sit, vel si mediocriter metam attigerem.

*Artis passio-  
nallis ordo.*

Ordo verò eius attis propōnēndæ hic erit. Ceterum enim Galen. aliquando hanc artem mathematicis certitudine comparet, soleatque ipse è principijs positis eorum more cotiusiones dedutere: nos quoq; ipsum imitari in primis positiones quasdam in curatiuis artis principia proponeamus, quæ vel ex sci natu- ræ confessâ omnibus sunt, vel leui persuasione egent, vel in demonstrabilib. sunt collecta. Secundo loco de curatiuis scopis, seu intentionibus loquemur, de ijs scilicet, quæ sibi medicis ob oculos proponere perpetuū debet cum curat. Tertiū artem docebimus,

quæ

qua illis satisfieri possit. Quartò remediorum genera, atque usum, quibus in medicina est utendum. Quintò hanc artem Galeni more ad singula morborum genera applicabimus : quibus expositis ad partium curationes reuertemur. Læti igitur alacri- que animo nostrum hoc munus suscipite, quod tam- sensi specie ex gnum. videatur , at breui potestate magnum à vobis iudicabitur, siquidem eam ; quam speramus utilitatem inde cooperitis. Quod deus o- ptimus omnium bonorum nobis author faxit.

Vt verò omnia continuè , & necessaria sunt, ita Artis cura-  
in memoria haberi possint, Epitomen vniuersæ cu-  
tatiæ artis composui, in qua singula rerum capita, se ab autore  
que tractaturi sumus , breui facilè que compendio edita Epito-  
complectimur . Huius partes duas iam multi ve-  
strum in mansu*t* habent: eli qui vel à nobis petent,  
vel ab his, qui antea è nostro exemplari escripsere.

In primis verò sanitatem , & morbum definire o-  
portet: siquidem vniuersæ huius artis finis est , col-  
lapsam sanitatem resarcire ( unde & refarcitiva à Ga-  
leno dicitur de Const. art.) quomodo hoc facere po-  
terit, nisi norit quid sanitas sit, vnde recessit, & quid  
morbus , qui profligandus est? Hinc enim nos Ra-  
tionalles , utpote à rerum agendarum natura ordiri  
debemus: Quoniam verò symptomata in morbo-  
rum notitiam nos ducunt , & affectorum locorum,  
ideo necesse est , & quid symptomata sit definire,  
& quæcorum sint genera. Rursus si morbus tollitur  
non nisi ablata causa , necesse erit , & causam quid  
se nosse , & quot sint efficientium causarum modi,  
quos medicus considerat. Est autem definitio inde-  
monstrabilis, vt longo processu seruando post habe-  
tur: leui tamen excitatione eget auditoris, quo eam  
accipiat. Hæc autem ex communi hominum sensu  
procedit , quomodo & Aristot. usus est, & perpetuò  
Galen. Considerando enim qui sani dici soleant,  
& qua potissimum re à cæteris distent, facile quid  
corum unumquodque sit, nouerimus. Dicimus er-  
go Sanitatem affectum esse secundum naturam.  
*Sanitas de-*  
*finis.*

Quod verò affectum diciimus, nihil referre ait, si constitutionem secundum naturam dicas. Græci ~~κατεξιν~~ dicunt. Subiungimus, Quo functiones omnes secundum naturam fiunt: hoc est ut in libro de Const. artis Galenus scribit, quo omnes actiones sibi per naturam debitas sine impedimento facit.

*2. de Temp.  
1. de Morbis  
2. de San-  
tus.*

Quod sanè est additum, ne forte senem ex naturæ decursu imbecillum cruribus vel oculis sanorum latitudine excludas. Est enim multa sanorum latitudo, multisque roboris excessus, si corpus corpori comparetur. Atq; id non ex ætate modo, sed etiam ex propria natura corporis evenire solet, seu natura alius alio imbecillior sit, seu ex acquisito habitu.

*Corporis par-  
tes.*

Cum verò corporis partes antiqua illa partitione, & ab Arist. maximè usurpata, in duo dividantur genera, similares inquam, & instrumentales: hec ut non eadem sit secundum naturam constitutio, quam sanitatem dicimus, utique generi. Quod hinc patet: Quoniam enim similares partes ex primis corporis elementis componuntur, necesse eit, ut in bona illa, & utili attemperatione eorum sanitas consistat, ut rectè dici possit, similarium partium sanitatem esse bonam, utilemque temperiem primorum corporum, qua bene actiones edunt. At instrumenta, hac quidem fruuntur ex accidenti ratione similarium ex quibus cōponuntur: habent tamen & propriam, quæ in integra eorum fabrica, vel compositione consistat, ut ita definiri possit: Instrumentalium sanitas eorum integra constructio est, qua probè actiones edunt. Dico autem integrum structuram, quæ ex debita magnitudine & numero similarium, & situ, & earundem conformatione: in conformatione verò figuram, & cavitates, & superficies comprehendimus. Habent verò hoc commune, ut ambo genera partium continua sint, non divisa, si probè actiones edere debeant: nec enim divisus musculus, aut nervus, crus contrahere poterit: nec si instrumentum totum in partes dividatur, sed si unitatem seruens.

*Instrumen-  
tum par-  
tis sanitas.*

Quo sit, ut vniuersi corporis sanitas: siquidem explicari

licari debeat; (quod diximus, naturalem corporis constitutionem) ita definienda sit. Sanitas est bona similarium temperies, & instrumentorum integræ librica, cum utrumque partium unitate. Partes vero sanguinis dicuntur, similares quidem, cum probè rem perata sunt; & sibi continuae: Instrumenta cum bæse constructa; & sibi continua sunt. Vnitas enim cum bonam edicitionem facit, tum si subiatur, actionem vitiat. Quod igitur bona similarium temperies sanitatis sit, patet: quoniam dispositio, vel constitutio eorum est, qua actiones edunt, vel usus præstant. Hic enim sub actionis voce, etiam usum comprehendimus, quando non omnes partes actionum habent, sed quædam usum solum. Illud vero asserebat Galenus primo de Usu partium 9. Nam illi actionem tribuebat. Retsus lib. 7: Meth. qui tueri actionem vult, temperamentum tueatur oportet: Et secundo de Facul. Actio à temperamento manat, cōmoda ex bono, ex virtute incommoda. Et libro pthinc: Partes ob certam quandam temperiem, actionem sunt nactæ: quod ita intelligendum est, vt primum animæ instrumentum sit partis temperies, quam ex similaribus habet: sed præterea & organi integrum structuram requiri; & unitatem. Etenim; & primo de Morb. differentijs disputatur, similares, quæ ad instrumentum conformandum conueniunt non temere, sed ad finem aptissime conueniunt: quod contra Emped. Aristot. disputauit, qui etiam de Usu partium, & ratione compositionis instrumentorum eleganter egit: Galenus quoque libris decem & septem de his differuit. Certum igitur numerum, & magnitudinem, & situm habere eas oportet; ac bene conformatas esse. Cuncta enim hæc ad actionem conducunt: quod patet, quoniam aliquod hoc uni si desit, actio impeditur. Atque hæc de sanitatis definitione. Quid vero similaris pars sit, & cur ita dicatur, & quæ simpliciter similares sint, & in compositione, quæ vero soluta ad sensum, alibi perscrutandum est. Hinc etiam sit, ut sè Galenus partes tuim:

similarium  
partes que-  
dam simpli-  
citer sunt  
compositæ;  
quædam  
autem ad  
sensum se-  
tundum est.

aliquas inter similares, modò inter instrumenta numeret, vt nervos, venas, musculos. Sic & instrumenta, primo de Morb. alia magis, alia minus sunt composita, vt musculus leuem compositionem habet, crus multam. hæc membra vocari ait Aristot.

Illud quoque animaduerendum est, sanitatem individuam non esse, sed multam esse sanorum latitudinem, proinde neque similarium, quod dicimus bonam temperiem, unam esse, & individuam. Quomodo enim puer à sene non distabit? Quomodo, (vt Galeni exemplo utar) calidus iuvenis à vetula frigida? Sunt ergo termini quidam præter quos non consistit, sed intra eos multum euariat: quamobrem nec omnes sani, & quæ sani sunt. Net Achilles Thersiti est assimilandus. Est enim in hac latitudine una, & optima sanitas, quæ media est, quæ aliam metrum est, cuius comparatione ceteræ magis, aut minus laudantur: unde fit ut alia, quæ est huic proxima, in habitu esse dicatur, id est non facile euariare: alia facile mobilis, quæ facile variet, & labilis sit. Quamvis greci dicunt, distincta est in lib. qui Thras. dicitur, & 8 Meth. Sed & experientia ita esse conuincimus multos labili sanitatem ab ortu frui, multos verò ex vietut ratione tales euadere. Dicimus verò actiones omnes: Definimus enim ibi universi corporis sanitatem. Nam si vna tantum vitetur, sanus corpus non erit: sed vel simpliciter aegram, vel secundum partem: quod etiam neutrā secundi modi à Galeno dicitur in arte medica.

Morbus verò huic contraria, coaffirudo est corporis, nempe præter natutam, quo primæ actiones manifestè levaduntur. Quo loco primo intelligendum est in iisdem generibus versari morbum, in quibus & sanitas versabatur. Contraria enim sunt, quæ in eodem genere maximè distant: quare & in genere temperiei erit morbus, id est mala temperies: & in compositione instrumentorum morbus erit. Cum verò numerus, vel magnitudo partium, vel situs, vel quartum constructio à naturali statu euariat aed, ut actione-

ctiones sensibiliter iedat, sic & soluta vntas, morbus erit, quæ etiam vtriq; generi partium communis dicitur: quoniam similaribus, & instrumentis accedit, vt soluantur, & vnitatem amittant. Hoc expōnit Auic. quia accidit iuncturæ vt soluatur non iæsa similari: quod tamen difficile est exemplo monstrare, quando illæ vel ligamento aliquo, vel chartilagineo quopiam corpore coaluerunt. Sed & si iunctura sola soluatur, luxatio potius dicetur, quam vnitatis solutio: Cum igitur instrumentum totum quoddam sit, non vt acerius, sed certa quadam eorum vnitate hæc vitiari potest vna cum similari soluta. At intemperies similarium propria, quoniam componi, vel temperari ex primis corporibus, solis conuenit similaribus. Gal. tamen auulsi onem propriam instrumentorum dicit, primo de Morb. diff. Respondetur, sensus est, hoc instrumentis solutis tribus solet: nō negat quin vna etiam similares soluantur. Sic de Const. art. ad principium. At Galenus quoniam vna secta arteria, & similaris pars, scilicet arteriæ corpus diuisum est, & instrumentum est diuisum. Sic si ligamentum ossium abrumptatur, simul similaris pars, & instrumentum abruimperit, & vnitatem perdit. Contrà, nonne etiam vbi intemperantia eu enit, instrumentum quoq; intemperatum efficitur? Respondetur nunquam instrumentum, quæ tale est, patitur, sed semper similares. Hic verò patitur instrumentum, ideo cōmunis. Non tamen semper cōmunis, vt si solùm vulnetetur pars similaris, non absindatur tota. Igitur cum similarium sanitas Elementis, bona tempesties sit calidi, frigidi, humidi, siccii, siue quib. similes per hæc prima illa elementa intelligantur, siue que lares partet propria sunt animaliū elementa, hoc est sanguis, pectoris, sanguinis, tanta, bilis, melancholia. (vtrūq; n. verè dici potest, vel sunt p̄t ut 2. de Elem. & in lib. de Natura humana Galenus mailla vel testatur) hæc quidem vna est, licet latitudinem habentes humores beat, à qua multis modis disceditur. Vel n. in calore quatnōrē limites excedit, vel frigore, vel siccitate, vel humidiorē. Idq; aut qualitate sola, aut etiam influente materia.

## ¶ LEONARDI IACCHINI

Sepè etiam ambæ qualitates componuntur, sicutq; intemperies cōposita; sic & in instrumentis in magnitudine certa quædam mensura statu nequit. Attamen terminos quosdam habet, intra quos sanitatis latitudo consistit, quos si partes excedant, vel infra nimium subsistant, morbus erit in magnitudine: sic de reliquis generibus dicatur, ut diuidendo facile vniuersas morborū differentias inueniamus. Dictum verò in definitione est, quo primo lēduntur causæ ratione, vt Galenus monet. Nam ea quoque dicit potest actiones lēdere, sed non per se, vel primò, sed quatenus, vel temperamentum corporis mutat, vel compositionem instrumenti, vel quia uitatem soluit: & ita quatenus morbum parit, eatus lēdit actiones.

Quod verò definitiones hæ sint acceptandæ, monstrat aliquando Galenus ex eo, quod qui de sanis, vel ægris loquuntur, non alia ratione voces recipiunt, neque aliam differentiam inter utrumque statum ponunt, sed nec ægros se dicunt, vel medicum aduocant, nisi ex actionum lēsione. Subiungimus, Manifesta lēsione, quod aliquando Galenus sensibili dicit ob neutra corpora, quæ quidem lēsionem aliquam habent, sed non euidentem, ideo ægri non sunt. Præterea & per anni tempora multum mutamur in actionum robore, non tamen extra sanitatem sumus: huiusmodi igitur leues lēsione secludimus. Dicimus etiam affectus præter naturam esse, ne naturales imbecillitates includamus, quæles puerorum sunt, & senium. Multum enim distat robore, si ad iuuenes cohiparentur. hic quidem in actione omni; ille verò in motrice saltem, & pulsatrice, sed & concoctione quæ ad ventrelin attinet.

Cæterum ut hæc veritas amplius innoteſcat, dubia quædam soluenda sunt, quæ facile Galeni studiis oboriri possent. Primum est, quia videtur hæc definitio etiam neutros affectus comprehendere, quod tamen absurdum est: quoniam probè à Medico interfingui debent. Siquidem & diversam medi-

lici operam exigunt: neutra præseruari solum, hæc  
urari: ad diuersos quoque artifices spectant, 7. Me-  
thod. de ventris imbecillitate. Nam minores illæ  
lesiones, quæ neutrū faciunt, aq; sanitatis tuerendæ  
nunus spectant: ad curatricem artem, maiores,  
Cap. 8. Tech. omnia hæc sensu iudice estimanda  
int. Quòd verò his competat definitio patet, quo-  
ammetiam illi affectus sensibiles faciunt læsiones.  
Quomodo enim insensibiles si medicū requirunt  
Præterea adhuc sani quidem sensibilitr, seu mani-  
stè læsas actiones habent, vt ambientis ratione:  
uo morbo affecti sensibiliſter leduntur. Præterea  
ubium est, si aliquipars priuatim afficitur, vt a-  
no eius ledatur. Tuncenim morbo affecti ægro-  
am numero apud nos non ponuntur, sed neutrām.  
Sequetur ergo vt aliquis morbum habens,  
morbo non denominetur. Quod si cōcedatur, quæ  
ego primaratio, cur ægrum corpus dicimus? Ter-  
tio si morbus similare quoddam est, vt album & ni-  
um, certum est maioris, & minoris specie non di-  
cere: quod & Galen. concepit primo de Loc. affec-  
tione seu sensibiliæ læsionem faciat, siue adhuc no-  
ntiatur, morbus tamen erit. Exempli gratia, loci-  
oris scyrrus multos menses perdurat priusquam  
intetur, sed nihil minus morbus dicetur. Quartò  
ubitur de affectibus qui vel ab ortu, vel in utero  
vadunt, qualia de Galianchonibus retulit Hippo-  
c. lib. de Art. primo, & Galen. Aphor. 59. & 60.  
Quomodo igitur his ægri cum sint, definitio eorum  
i cui conueniet, cum non præter naturam esse vi-  
cantur, qui à generatione id habent? Quintò de  
nualescentibus ex morbo est dubium: quoniā  
actiones corporis fortè omnes sensibiliſter læsas  
ibent, si præsertim vniuersi corporis sunt morbus:  
partis, saltē actiones illius partis, & tamen mor-  
barent. Ad hæc, ita satisfiet ad primum, sensibilis-  
sio, si latius sumatur, omnem illam, quæ sensu  
cipi possit comprehendit, quamvis exigua sit: &  
læsiones quoque quæ neutrū corpus faciunt,

dd 3

*locinoris  
scyrrus mul-  
tos meases  
perdurat an  
tequam sensi-  
bus.*

sensiles lœsiones dicentur. Pressus tamen ex dicitur, quæ notabiles sunt, & multum à se sano distant, ut sensile idē sit, ac notabile, vel nota dignum, & sic capit in morbi definitione. Quòd verò sic intelligere definitionem oporteat, non solum ex his quæ dubitus sumus patere potest, sed etiam quia Galenus ipse secundo Tech. 82. eadem symptomata genere, pro sui magnitudine ægrum vel neutrum corpus constituere ait. Numerat autem dolores, vigilias, lassitudines, quæ nimis omnia sensilia sunt, tum ægro, tum astantibus, & medicis. Sæpo etiam prius deprehenduntur à medico, quam ab ægris, ut in hist. medici illius, de quo Galenus agit 4. de Loc. qui tuberculum in pulmone patiebatur. Quòd verò hæc sit sententia Galeni patet. Nam quod hic dicit sensile, alibi magnum: quod insensibile, alias exiguum, ut cum vult 7. Meth. magnitudine & paruitate lœsiones distare, ut & 2. Tech. cum concedit cap. 82. affectus illos nunc ægra, nunc neutra corpora facere, pro virium robore, quo dotatur corpus, ut facile, vel difficile succumbant. vel dic ad morbi genus reduci ut imperfectum ad perfectum. Ad tertium respondeatur, intemperies illa calida vel frigida, vel phlegmone, habet quòd calor sit, habet quòd sit morbus: alia tamē ratio caloris, & alia morbi. nec itaq; morbus dicetur nisi ita augeatur, ut hominem offendat, & actiones lædat, ut Galen. de febre loquitur. Si liceat igitur uti hac distinctione, qua ad declarandum propositum facit, dicemus, quod substratum est, & veluti materia morbi, similare est, & ab ipso initio tale. Quod verò veluti formale, & quiditas est illi, in tempore aduenit: ut si imaginis ab æstu solis febrem gigni, calore quidem afficeret, & ponet corpus in calefactio esse, non tamen febris erit, neque morbus haec tenus. sic & lib. de Morb. diff. ait: Si tumor notabilis adeo sit, ut offendat actiones; morbus erit: sed num statim æger? nequam, sed cum primum à consuetis actionibus totius impeditur. Hæc enim sanguin corpus ab ægris differ-

determinant, nisi forte secundum partem ægros eos dixeris. Argumentum vero Galeni nulli morbus similare est, ergo ab initio eandem habet efficiam: fatemur, sed non statim omnis tumor, aut maior morbus erit, sed cum primùm laedit actiones. Ad quartum, si ad latitudinem sanorum hominum conferatur, prorsus æger esse dicitur, quoniam actione destitutus, quanvis si ipsius propriam naturam respicias, extra sanitatem propriam non sit. potest & dici non sanum, sed neutrum simpliciter secundi modi. Ad 5. de Coast. art. ad finem, conualecentes nullo affectu præter naturam tenentur, sed imbecilli sunt spiritu, & sanguine videnti, affectus vero deletus est. Contrà imbecilla actio affectum aliquem cōsequitur corporis, vel naturalem ut in pueris, vel præter naturam ut in ægris, à quo ergo hoc loco perueniet? Respondeatur, forte à morbo, qui præcessit. Contrà symptomata semper affectui iungitur, umbra corpori, & ad eius amotionem ut pote causam etiam ipso perit. ergo hic affectus morbus erit. Præterea hæc vacuitas sanguinis & spiritus est morbus, quoniam est intemperies frigida, & secca, cum pars nativa influenzae calore vidiatur. Ad primam instantiam dicas, non dici præter naturam affectos, quoniam ad sanorum statum continuè accedunt: ergo sic etiam quæ in declinatione. An non sunt ægri primo illo morbo, sed altero, qui sola virtus ratione æger ut curatur? Vide 7. Meth videtur enim in parte curativa de his agere, ut pote de ægris. præterea macies est morbus in magnitudine. Post hæc causas definimus eas esse, quæ vim habent gignendi morbi, seu possint solūm, non tamen adhuc gignant, seu generint, atque recesserint: seu partim generint, partim adhuc generent. Quodlibet horum generum causarum medicus considerat, quæ vim habet solūm, ut generationem inhibeat, quod præseruare dicitur, quæ iam generant, ut amoueat quæ præsteriere, quoniam affectus qualis sit aperirent.

Causarū dī. Diversio verō in membra, quam causis assignamus,  
 si sio exāmi- vulgaris est apud Galen. sed in explanatione causæ  
 nārū: procatarcticæ, neque cum Galeno, neque cum cæ-  
 teris conuenire videor. Ipsi enim cum eo exponunt  
 causas procatarcticas externas, vt 4. de San. tueñ. ad  
 principium, vt internam, antecedentem causam di-  
 cit. Quod si dicas ira, & tuor inter procatarcticas  
 causas numerantur à Galeno. primo de Diff. feb.  
 quæ tam en internæ causæ esse videntur. Respondet  
 Auic. primitiæ causas externas dici omnes, & esse  
 vel ab externis corporibus, vel ab anima: quomodo  
 verò quæ ex animi motu est, externa dicatur, de-  
 clarat cum sit, Anima enim aliud est à corpore. Sed  
 licet anima sit aliud, quid habes, nisi quod ex ab  
 principio corpus afficitur? At extra corpus non est,  
 quomodo ergo externa dicetur? Præterea exercitus  
 motus corporis est. Attamen inter procatarcticas  
 causas numeratur. Rursus Ephemeræ omnes à pa-  
 tridis distinguuntur, quod à causa semper fiunt pro-  
 catarctica, primo de Feb. differen, sed aliqua ex bu-  
 bone inguinari fiant, aliqua ex destillatione, &c. Me-  
 thod. & primo ad Glauc. ergo etiam hæ causæ pro-  
 catarcticæ sunt. Alij ergo exponimus quid sit pro-  
 catarctica causa, vt scilicet causa sit evidens, & non  
 primum agere in corpus incipiat. His enim antece-  
 dentes distinguimus, quod ratione solum à perno  
 artis discernuntur; hæ verò cuiusvis apertæ. Præterea  
 multò antea sensim corpus afficiebant abscondite,  
 vt cruditas, plenitudo. Siue ergo intra corpus ortum  
 habuerint, siue extra, dummodo his conditiones  
 habeant, procatarcticae causæ dicentur. Quod si  
 Galenus aliquando eas externas dicit, voluit significare  
 eas nota aliqua plurimum vera, sed non necessaria. Plerumque enim extra corpus sunt hæ causæ,  
 vt sit quasi exemplum declarant, non definitio.  
 Cum verò causa multiplex sit, cum de morbi causis  
 querimus, de effidente querimus, à quo scilicet  
 significatur. nam finem morbi non habent. Necque e-  
 puri intentu à natura neque materiali, nisi in qua  
 sunt,

unt, ut humatum corpus, sunt enim affectus formam & accidentia. At materia ex qua gignuntur, ratione efficientis causae habere videtur. Considerandum etiam circa causas, quod aliquando multæ in unum affectum concurrunt ordine quodam, vel ha prima sit, vel summa, & remota, in quam resoluimus postremam, ut plenitudo obstructionis: obstrukcio putredinis, hæc vero febris. Putredo vero proxima causa dicetur. Num vero continens, uanu barbari conjunctam vocant, Græci συρρικη; ac dici debet, certum est quod non. nec enim osita ponitur: cum si in ampla capacitate putredant, febrem non faciant: vel si in loco à corde remota, & pauca sit materia. Nec remota remouetur: huc enim calor infixus perstare potest. hæc autem erat ratio continentis causæ, ut Galen. inuenire uidetur. Neque huiusmodi multa exempla habes, nisi multæ causæ tantum utriam causam accipias, et omnes vim causæ continentis habeant.

Nunc vero symptomatum tractationem sic or-  
licher: Ea describuntur, quod sint morbum conse-  
quentes affectus. Sunt autem de genere eorum, quæ  
accidunt: sed ut ab alijs, quæ per naturam corpori  
insunt, distinguuntur, illud est adiectum. Vnde &  
reterea epigynema, id est succeedens, scilicet morbo  
nominabant: quanvis successione hujus non levis  
sit differentia, de Const. art. Alia enim necessariò  
consequuntur, & statim cum morbo inuidunt: quæ  
tiam pathognomonica, id est affectum monstran-  
ta dicuntur; aliqua mox adueniunt. Possimus ve-  
ro facere genera symptomatum quatuor, Gal. imi-  
ati de symptomatum differentia capite 3. vbi dolo-  
rem quartum symptomata numerat, ac proprium ta-  
ctus dicit. Nam primò illi conuenit, cæteris vero  
organis sensuum, quatenus tactu participant. Ex  
quatuor vero generibus qualitates mutatae, mitia  
ymptomata dicuntur & solum ad affectus, vel par-  
em lesani significandam utilia sunt. At cætera om-  
nia genera insignia symptomata dicuntur: quoniam

dd 5

curationem aliquando interpellant, & variant. Habet verò symptomata suas particulares differentias ex diversa methodo inuentas, ut in excrementis suppressio, & profluuium. In actione, quoniam vel perditur, vel vitiatur, vel sit imbecilla, tali que partitione in omni actionis genere si quis ratur, facile omnes symptomatum differentias inueniet: ratione in lib. de Sympt. diff. inuenit.

Quinta definitio magni morbi est: intelligere verò morbi magnitudinem quæ dicatur, & penes quid attendatur, plurimum refert. Multa enim agenda indicat morbi magnitudo, seu vehementia, & paruitas, seu lenitas. Iazpe enim audimus Galenum laudantem Hippocratem 4. Meth. quod adeò diligenter fuerit, ut non indicationes modò ab ipsa morbi natura sumpererit, sed & à magnitudine. Itaque & scopus mittendi sanguinem facit morbi magnitudinem tum ibi, tum in libro de Ven. sect. per totum, & 4. de Vict. 20. Quænam igitur est hæc morbi magnitudo? Scimus autem magnum & paruum dici ad aliquid. Aliqua in comparatione magna esse, quæ simpliciter magna non sunt: ut vnciæ pondus formicæ comparatum. sic aliqua si in genere cōparentur, parua dici, in sua vero specie magna, ut notauit Arist. Intelligere ergo oportet quæ ratione morbus magnum dicimus. Primum igitur ponenda est definitio magnitudinis quæ absolutè dicitur, & non viriam comparatione. Hæc enim describi non potest, nisi dicas, magnum illum esse, qui naturam prosternit & superat, ut describit Gal. lib. de Vnuer- salibus morborum temporibus. At magnitudo absolute dicta, per ea quæ essentialia sunt, sic definitur: Magnum morbum esse, qui magna afferit symptomata: paruum, qui parua. Ut omnium morbus per symptomata definitur tanquam per notiora, ita & morbi magnitudo commodè per symptomatum magnitudinem definitur. Magna vero seu vehementia, seu fortia symptomata sunt in primis quæ insinuaria, & præcellentia Galenus nominabat, 2. Meth. &c.

Ex his illa, quæ in generibus ijsdem magnitudine excellunt. Verum hæc definitio, vt Galeni est, ita intelligi nequit sine vellima distinctione, quam ego (quod sciam) primus induxi. Nam morbi, qui absolute magni dicuntur, vel sunt tales in toto morborum genere, vel in sua specie: sic enim & vulgo oqui solemus, cum aliquos dicimus (hauer granuale) in genere, nulla de specie mentione habita; aliquos vero dicimus (hauer gran febre) neq; ideo necessariò ijs assertimus (hauer gran male). Si ergo d probè distinguatur, statim & definitio nihil habet ubij. sic ergo & symptomata magna dicimus alia in genere, cum dicimus (hauer grandi accidenti) alia in specie, cum dicimus (hauer gran fete, ouero, gran dolor di capo). Hi ergo loquendi modi usitati sunt, um de morbis, tum de symptomatibus. Cum ergo dicimus de aliquo quod morbus magnus sit, nec aliud dicimus, de genere morborum intelligimus, vt & um dicimus nominatum, quis sit de quo loquimur, e magnitudine eius speciei loquimur; sic de symptomatis, nam igitur manifestè apparebit quis sit morbus magnus: nempe eum, qui magna assert symptomata. Sunt autem ea, quæ in morbo genere insignia sunt, hoc est, quæ medicum terreant, siue pauca sint, siue multa. Exempli gratia, principium partium imbecillitates, vt pulsus intermittens, vapor, sopor, delirium, prauæ nocte, excrementa, & syncope, vt obinutescentia. In summa morbus magnus erit, qui periculum portendit, ne naturam speret. Sed quoniam superari natura contingit ex sua imbecillitate, ab eo qui magnus reuera non sit, vt si decrepitus tertiana febre febricitet: ideo non ex victoria, sed ex propriæ ratione morbum magnum assertimus, hoc est ex symptomatis: quan- is hoc etiam illi insit, vt de victoria periculum sit, non tamen omnino vincet, vt qui in comparatione magnus est, prorsus superabit. At parvus erit, qui pauca, & ea levia assert. Magnus vero in sua specie morbus, vt magna tertiana, vel magnus vlcus non s-

pliciter ex symptomatum generali magnitudine definiatur, sed ex eorum, quæ illius speciei sunt propria, id est, quæ ipsius definitionem ingrediuntur, ut magna pleuritis, ubi magnus dolor lateris, & respiratio multum difficultis, & prava sputa. Fieri potest tamen, ut ambo hæ magnitudines coeant, ut cum apoplexiā fortē dixit Hippocrates. Nam & toto genere morbi magna cœpsetur, & in sua specie fæuissima infert symptomata, ut respiratio, quæ vix sentitur. At contrà, stat specie in propria magna esse, genere verò magnum non esse, ut magna tertiana, & parvus homo modò potest toto genere magnus esse, ut levius epilepsia & apoplexia: non itaque fñam magnitudinem ex alia inferre licet, sicut neque rynam paruitatem ex alia: ut neque parvus elephas paruum animal est: neque magna culex, magnum animal.

### Morborum distinctio al- teria.

Succedit alia distinctio ex 4. Meth. 6. quoniam morbi quidam secundum propriam naturam hanc magnitudinem habent, ut magna scilicet symptomata inuehant, & periculum afferant, ut gangrena, sphacelismus, ardens febris, Alij verò indifferentes sunt, ut parui, & magni dici possint. sed ex sede affecta magni sunt & periculosi, ut phlegmonē magnus morbus non est, vel scyrrhus: sed si in parte aliqua præstanti vigeat, magnus fit, ut in ventriculo vel iocinore, Alij exigui quidem sunt si speciem species, ut hæcūca febris, p. stilens: quoniam magna symptomata non videntur afferre, sed re vera afferant, & magni sunt, sed non vulgo noti, ut Galenus ait. Debiles febres, & obscuræ sèpè valde malignæ sunt. Est autem vox ea ab animalibus transumpta, quæ κακοεγγά Græci dicunt, id est mali gva, cum scilicet sartim infidiorum more vitæ grassantur. Sic igitur expositus est locus difficultinus, quem neque Galenus sat s exposuit, quando nec exempla felicitater inuenit. Nam articulorum vulnera non cacoethæ, id est maligna, sed ratione partis lëse magna videntur. Neque quæ suuntur vulnera, parpetuò magna

magna sunt ea magnitudine , sed ea solum quæ in specie , quam confundere non debemus. Nos vero commoda exempla attulimus. Quod si dicas primus modus est non magnitudinis in genere, sed in specie : ceteri in genere. Contrà , tunc deerit unus modus magnitudinis in genere , scilicet qui ex sui natura magni , & periculosi sunt.

Sed circa hæc dubitatur . Nam vulnera quædam tæcoethæ appellat 4. Meth. quæ vix curantur: ergo sunt magni morbi perte: ergo periculosi . At non est verum . quod enim periculum æstro afferunt, tum in crure , vel toxæ sunt ? Respondetur ; afferunt parti pernicieti si non toti , ut & gangrena . Nam in le caries ossi imminet , & corruptio actionis . Vel hæc , maligna esse & magnos morbos , sed accidit eis ratione ignobilitatis partis ; ut vitam non lèdant. Dubitatur tertio , de Cris. quarto , magnitudo inquit ex propriorum accidentium magnitudine nocitur , mos vero ex superuenientibus. Vnde primus alsum erit , quod magnitudo in genere , ex toto genere symptomatum pendeat , si ex proprijs noscitur. Secundò sequitur , morem aliud esse à magnitudine , tu autem fecisti modum magnitudinis. Respondebitur , tertio de Cris. & in lib. de Const. ar. magnitudinem in specie semper definit : ut quantum morbus acutus sit : & sic bene distinguit hanc magnitudinem à more. At lib. 4. Meth 6. non ita: sed magnitudo hæc generalis est , pro omni periculo. Periculum vero aliquando ex sola malignitate endet.

Est autem è magnis morbis genus verum , quod acutum vocant , quæ vox cum primum imposita fuit , celeritate deducta videtur , & præcipiti eorum curia. Nam brevè tempus , seu præcepis dicere ὅτι κακός solent , ut apud Hippoc. Voluerunt ergo significare motus celeritatem , quam in his videbant. Multum autem refert nosse quales statim morbi acutissimantur , & qui non acuti , tum ob periculum conciendam , tum ob remedia admouenda: præcipue

verò ob victus rationem. Nam de ceteris remedijis dixit Hippoc. In acutis morbis sanguinem mittes. De victus ratione Galenus cum status consideratione quam propè, vel longè distet, metitur victus quantitatem.

Credet fortè quis, facilè describi posse acutos morbos mensurando certo quodam termino durationem, ut cum dicimus eos in 14. diebus iudicari, sed hoc minimè esset artifice dignum. Nec enim sic naturam morbi explicaremus, quæ non consistit in certa duratione: sed aliquid prius intelligendum est è quo profluit, ut sic, vel sic duret. Præterea multi exigu temporis sunt, non tamen acuti ut ephemera: nemo enim, inquit Galenus, hos acutos dicet. Ideo aktius perscrutanda est eius natura. Præterea neq; aliquid utile haberemus, quoniam non nisi post terminum notum foret, num acutus, an diutinus esset.

Ponimus itaque definitionem morbi acutæ ex Galeno 2. Aphor. 23. vbi genere magnum morbum esse dicimus: sed properare ad statum celeriter, qua differentia distinguuntur à diuturnis: hi namq; non properant. Dico verò properare similitudine ab animalibus quæ mouentur accepta, & omnino corporibus. Quæ enim citè finem attingunt, properare dicuntur, vbi spaciū idem est. At morbi ad sanitatem, quasi spaciū quoddam imaginatur, quod morbus acutus velociter perficit, tardè verò diutinus. Id quod 2. Aph. magnum dixit 3. de Diebus ad finem pericolosum ait. Acutum enim morbum scribit celeritate motus, & periculo iudicari, primo de Acute 8. Exemplo monstrat quales sint, scilicet omnes magni, & velocis motus: & habere ait febres continuas. Quod verò dicimus acutum morbum magnum esse, ab ephemeris differre facimus, & tertianis, alijsque, qui velocitati acuti comparantur. Velocitatem verò hanc describere non possumus, neque verbis significare, sed termino quodam signamus, quem aetate scimus transire non posse eum, qui sic mouetur,

ur, sed modum motus, qui describitur. Possumus amen narrare quæ sunt ea, ex quibus velociter, vel ardè moueri morbum dicamus, & quantum velociter, aut tardè moeatur. Galenus igitur ita describit 2. Aphor. 23. Celeritatis causa morbi magnitudo est, & symptomatum vehementia, ob quæ necesse est, vel virtus adē prosterni, vt ne tentent quidem pugnam contra morbi causas: vel tentent quidem, sed non superent: vel tentent & superent. Ceterū hæc Galeni ratio optimè declarat cur acuti lethales citò finiantur ob virium, scilicet prostrationem, quæ breui fit ex symptomatis. sed quid de salubribus? Præterea adhuc in ultimam causam non resolut. Iure enim querimus statim, vnde in morbis acutis fiat tanta symptomatum vehementia, vt vires prosternant. Dicimus nos in salubribus non eam solam esse causam breuitatis. Est vna per se causa: quoniam humor à quo fiunt tenuis est, facilè alterabilis, & coctilis, & facilis vacuatu: quoniam tenuis, calidus, mobilis. Symptomatum autem vehementia concausa est. Irritata enim natura, vt in doloribus facere solet, tota omni instrumento incumbit ad morbi causas: vt quod Galenus facere naturam sit statu tempore, id perpetuò in acutis faciat, quamquam magis in statu. Nam in morbis longis, quodammodo torpet. Aliquando sola symptomatum magnitudo causa est velocitatis, vt in apoplexia, & lethargo. frigidus enim humor est, attamen citò sanantur qui sanari debent, quoniam toto nixu natura pugnat.

Ad aliud; Cum queritur de causa vehementium symptomatum, dicimus primum ex humorum natura id evenire posse: nec enim vna est causa, quando acres, mobiles, molestique admodum sunt. Potest & ex loco, qui afficitur, cuius ratione magna eveniunt, quoniam præstantes actiones lèduntur. potest & ex prauitate, vt in venenosa materia accidit.

Dubitatur, si magnitudo symptomatum velocitatis motus est causa, cur hydrops, cui magna adfuit

symptomata & cibes, breves non sunt: ad sunt autem neque enim aliter morbi magni essent. Respondeatur, quod graue, & molestum dicitur, maximè id habet cum insuetum est, unde & affligit magis, & plus laedit. Inde etiam ex consequenti plor proficit natura. Indicatio est omnis morbus, qui in habitu est, & longus: Hinc sit primò, ut cum vehementibus symptomatis perdurare queant, & minus vires prosterantur. Symptomata igitur in morbis longis, magnis, esto quod & qualia forent acutis magnitudine: attamen melius feruntur à natura, unde & longi esse possunt: seu sanandi sint, vel secus: quoniam intensim irrepere, atque increuere: & hoc experientia monstratur. Hæc de natura acuti morbi.

Sed ex quibus velocitas motus dignoscatur, nunc audietis. Cum n. magnitudo causâ sit velocitatis, vel vna ex causis: ergo quanto ea magnitudo celebris augetur; tanto erit motus velocior. Contra, si tardè augeatur. Sic in febribus augmenta motus frabat Galenus primo de Cris. si accessiones sese superent longitudine, vehementia, &c. tunc enim morbus augetur. tunc verò velociter, quando trebras eas mutationes cernimus. Contra quandoras. Sic 3: de Cris. 4. si semper accessiones multam anticipent proportione & vehementiores semper sint; citò erit indicium: si contra, sui similes trahent; tardus est motus. quod & Hippoc. annotauit primo Aph. 12. Ratio est, quia si in morbo salubri crescunt celeriter symptomata, signum est naturam vehementer pugnare, quare breui superaturam: Contra in lethali fiunt morbi ratione augmenta; ideo & ipsum semper plus opprimere vires, & dominari, quare breui hominem tollendum.

Quoniam verò acuti morbi natura latitudinem habet, ideo distinguendum est ultra medicos, qualia extrema latitudinis, qualia media: hinc enim diversitatem multam accipit in operando. Omnia vetò, quæ dicemus, parum ex Aphor. citato, partim ex Prognost. primo 28. Exactè verò 2. de Diebus

et ceteris.

it. Gradus ergo quosdam in acutis ponere est; immus quidem in valde acutis, quos extremè acutus Hippocrates nominauit, qui intra septimam etiam habent: ubi & latitudinem spectabis. eorum enim quidam tertia, quarta, vel quinta: qui recte excepti dicentur. Sed animaduertere oportet: ut enim non sola motus velocitas acutum facit, sed præterea agnitudinem: ita etiam extremè acutum cum extra magnitudine symptomatum esse oportet. Nam tri possit morbus aliquis intiot; qui ob materiæ cilitatem; vel pauditatem brevissimè finiretur, nec men extremè atutus foret. Simplititer vero acuti; ui intra 14. medijs horum, qui in medijs diebus: degeneres verò dico eos, quos *dia iusta uerbi fieri*, exponunt, ex decadentia: sed quid hac voce significare velint non norunt. ea sèpè Galenus vitur: ed & quales hi sint, à nemine hactenus est expositum: Aliquando enim solum vnuti genus eorum fffert Galenus, qui scilicet imperfectè intra 14. iudicati, mox inorbum protrahunt ad 40. multis particulares, & imperfectas crises facientes, vt Anaxion: hunc modum citat primo Progn. 28. Attamen alij nodi ab eo positi sunt 2. de Cris. cum scilicet lentius quam verè acuti mouentur: & magnitudinem habet unde acuti nōmen capit, nō simpliciter, sed cum idio. Melius itaque nos exponimus vocem eam; degenerationem, & acutos degeneres nominamus, quoniam vellementia multum, & velocitate ab illis deficiunt. sunt autem hi, qui à 14 ad 40. iudicantur; ubi magna quoque latitudo visitur. Expositio iec 7. Aph: 49. ab exquisitè acutis deciderunt, diuini non sunt:

Nunc principia quædam ponenda sunt; quibus latim acquiescit ratio; cum primū voces intellexerit; quid significant. Primum quod secundum naturam inest dum corpus ægrum est, & perpetuò servandum. Dico ea secundum naturam; quæ ad vitam usum aliquem præstant, vt partium temperaturam, & instrumentorum fabrictam, & facultatam.

robur. Usus autem sunt operationes. Sed haec in fratre exactius. Non intelligimus autem secundum naturam, quoniam ab ortu: nam & quæ longo tempore acquisita sunt, naturalia sunt facta, & ita seruanda interim. De hoc duplice habitu Gal. 2. de Temper. & 8. Meth. Haec verò seruanda semper sunt, dum corpus ægrotat. Quod additur ex Gal. 8. Meth. ubi docet téperamenta, quæ à mediocritate deflectunt, & ita optima non sunt (nam optimum unum est, & medium) Siquidem per ocium fieri possit, id est multo tempore, & corpus nactus sis, quod velit, & possit obedire præceptis. in melius mutari posse: & hoc mangones, pædotribæ, & gymnastæ faciebant, exictus ratione materia auxiliorum sumentes. Addit si licet per osium, quoniam brevi id fieri non potest, quoniam cōsuetis gaudet natura. Semper, & hoc declarat Galen. 6. Epid. lib. 2. 22. super Hippoc. verbis, sensim ad contraria traducere, & interquiescere. Quare inter ægrotandum hoc fieri nequit primum, quoniam ad insueta transitus, facile sanos lœdit, quanto magis ægros? Præterea ægri, præceptis obedire non possunt, quæ consistunt in exercitijs, electione aeris, somnis, excretionibus, animali motibus. Nam vel exequi nequit illa præ inutilidine, vel etiam non expedit: quoniam magis à materia horum præsidiorum lœderentur. Hoc ergo est Galeni consilium 8. Meth. 9. Has enim naturas 8. Meth. ait, quodammodo ambigere. Nam & si eos tangas, videntur febricitantibus proximi. Sed dices, si temperamentum illud secundum naturam est, videtur semper seruandum: tu verò dixisti seruandum tantummodo else, dum corpus ægrotat: præceptum illud vniuersale esse videtur. Respondeo præceptum vniuersale esse, est verum, sed ea quæ secundum naturam dicimus, vitium habent, quia omnino optima non sunt, sed cum quibus stat sanitas qualiscunq; & actio: rationem habent eam quod non secundum naturam, quatenus ab optimo deflectunt. Ideo quando medicus corrigeret tentat,

Sub-

Rubeunt rationem apud eum, quasi præter naturam essent, & morbosa. Subdit, quod præter naturam tolli. Dicuntur præter naturam, morbus, causa symptomata: quoniam corpus extra propriam naturam egredi faciunt, vel egressum significant. Patet ergo aperte, quod semper tollenda.

Alterum proprium est, seruari unumquodque suo simili, tolli vero contrario: unde & aterum deducatur Hippoc. Contraria contrarijs remedio esse. & u. Metho. inductione eam esse verissimam ostendit, quanvis per se pateat, cum primùm noris, quid simile sit, quid contrarium. Statim eniat contrarij ratio est, ut mutet, alteret, destruat, ut Aristot. quoque definiuit. At simile conseruat, alijs simile non esset, sed rationem haberet contrarij. Cæterum, quoniam fortè calidum calido, & frigidum frigido diceres simile, & tamē minus calidum à magis calido alteratur, & mutatur, & magis calidum à minus calido. Habet quippe contrarij rationem, quoniam omnimoda similitudo non est. Quomodo enim mutaret? Ideo Galen. addit 3. Tech. 86. vt sint gradu quoque & potestate similia, id est, quæ à medio sui generis distantia. Sed quia contrarium multis modis dicuntur, quoniam sub hac generali ratione immutandi multi comprehenduntur modi, ideo distinguendum de contrario est. Primū quoniam aliquid ex evidenti qualitate contraria sunt: quoniam per illas corpus immutant, ut calido, frigido, &c. Alia vero per occultam quandam iniuriam, quam ex tota substantia dicere solet: Alia ex forma specifica. Prima illa inimicitia omnibus evidens: at hac secunda experientia sola cōperta est, ut alimenta, &c. de San. tuen. ad principium. Aperte enim alia homini conueniunt, alia inimica sunt. Et quid dico homini, cum huic visu conferat, illi oblitus, & alia cibariorum genera? Sic euénit, & de medicamentis: sic & plurima venena. Dico plurima, quoniam alia ex evidenti qualitate officiunt, quæ etiam non nisi quantitate nocent. Nam quibusdā etiā vitimur

quotidiano in victu, vt crocus, lactuca. At serpentis  
falsia, & bufonis virus, & quorundam fungorum  
non ita. Sic & eorum remedia; quæ Alexipharmacæ  
dicuntur. Nam hæc quoq; ex tota substantia vene-  
nis sunt aduersa, vt Lemnia terra, Armena gleba: &  
si vera sunt ea quæ Amuleta veteres appellabant. A-  
lia dissilio est, quoniam ex contrarijs alia agunt per  
se, & mutant, id est ex propria natura; alia ex acci-  
denti. exemplo sunt omnia, quæ suprà sunt posita.  
Nam non ex alio medio, sed ex propria natura a-  
gunt. At si frigida calfaciat, vel inedia corpus siccet,  
hoc ex accidenti fieri dicitur: quoniam accedit fri-  
gidæ vt calorem colligat, tum poros densando, tum  
ex antiperistasi. Accedit etiam inedizæ, vt sanguinem  
minuat, itaque & corpora refrigeret, siccetq;. Ter-  
tia diuisio, eorum quæ per se contraria sunt: alia e-  
nimi actu talia sunt, alia potestate. Definitio actu  
tale dicitur, quod secundum speciem, id est imagin-  
ationem, vel secundum id, quod apparet, est tale.  
Sed & potestate: vel vim, vel facultatem habet a-  
gendi & immutandi, vt aqua frigida. Ut enim senti-  
tur, ita facultatem habet refrigerandi. At cuncta fa-  
cultatem quidem refrigerandi habet, esto quod fri-  
gidæ actu non sit. Hæc ergo medicum distinguere  
oportet. Nec enim semper uno modo contrariorum  
vtetur: sed nunc uno, nunc altero, prout usus posset.  
Dices, si sit secundum speciem tale, vt lactuca cal-  
facta; nonne contrarium dicetur? Etenim immu-  
nat. Respondetur, initio speciem quidem facit immu-  
natandi ex qualitate ascititia, sed tandem auget sua  
potestate quod præfuit, non autem mutat: itaque  
huiusmodi apparentia solum cōtraria, in usum me-  
dicorum non veniunt.

Omnis vero hædiuisiones Galeni sunt. Prima  
quidem 3. de Simpl. 5. & 13. Meth. 82. Secunda ve-  
ro primo de Simpl. 2. & 10. Meth. Tertia autem pri-  
mo de Simpl. & primo de Temp. 9. Sed videtur  
Galenus aliter definire; quod actu, vel potestate est  
tale, Actu dicens primo de Simp. quod in præsenti  
tem-

tempore est tale, idq; ex sui natura, non a scititia qualitate. Potestate verò, quod futurum est tale, id est quod nunc nō apparet tale, tempore vero apparebit, cum nostro corpori admotum pati aliquid cœperit. Tunc enim & ipsum agere incipiet. Nos autem videmur magis naturam eius expressisse, cum dicimus, Potestate dici, quod speciem, & apparentiam non habet calidi, sed vim calfaciendi. sic enim dice. re Aristoteles soler, bilem specie, id est aspectu humidam, sicciam vero facultate, & vi. & tamen nunquam in futurum siccā euadet, sed siccans potius.

Actu igitur tale est, quod habet utrumque: potestate vero quod vim solum. Alia enim est caliditas, quam acquirit è corpore, id est exigua, vnde excitat alia: sed siccitatem quonodo à corpore nostro habet, vt actu tale fiat, & siccet? Est enim ea naturalis potentia, quæ est secunda species qualitatis. Verum hæc questiones inuehunt non modicas. Primum quod videmus, & testatur Hippoc. calidas naturas melius se habere ad hyemem, frigidas vero ad aestatem. 3. Aph. 2. ergo contrarij ambiente seruantur magis. sic & de æstatibus 18. Senes ad aestatem melius, iuuenes ad hyemem: & tamen ætas, & temperamentum sunt secundum natum, ergo seruari debent: idque perte, contrarijs fiet, non similibus. In lib. quoque de Viatu priuatorum tex. 7. auctorem libri reprehendit, quod vult senes sicciori alimento vti: Imò inquit calido & huinido vtantur, vt etiam præcipit s. de San. tuen. ergo temperamentum senum non conseruatur similibus. Sic de temperamentis loquens 6. Epid. In calidis inquit naturis refrigeratio, aquæ potio, quiete: & omnino vult regere eos contrario. Sed experientia testatur frigida animalia frigidis locis non superuenire. vt asinos Scythia non fert, nec serpentia animalia, vel pauca: & à frigido ambiente, vel torpescunt semimorta, vel prorsus moriuntur exanguia.

Galenus igitur 8. Meth. cap. 9. sic scribit: Intemperatas naturas, licet & quales accepimus conser-

uare, licet & ad melius ducere. Appellata autem eas, quæ multum à medio recedunt. Nam quæ exiguum excessum habent, eadem ratione cum his procedendum, ut intemperatis, nempe seruandæ. Quod si ad melius ducere velis, satius id fecisse dum sani sunt, non morbi tempore: & hoc nos exposuimus, & causam addidimus. Idem repetit II. Meth. Solùm igitur verum est, de optimo temperamento, quod semper se seruari possit. Non est verum de vitioso, sed bene cum ægrotat: alias permutari expediet, si ocium suppetat: idque contrarijs. Verum si ocium non sit ita, ut in ea sanitate, quam accepimus sint seruandi. Hic vrget quæstio, vrget vero & authoritate & ratione. Primo quoniā sine discrimine proponit Gal. lib. de Victu priuatorum tex. 6. temperamenta naturalia, quæ extra mediū sunt, contrarium victum exigere. Idem primo de aliementis in procēmio, quod similibus regantur: id solum rerum est inquit, in medio temperamento, in ceteris qualescumque intemperaturæ sint, cōtrario victu est vtendum. Ad hæc dicimus, rationem subdit 3. de Alim. quoniā expedit corrigeras naturas, non seruare: Intellige, nisi quid imp̄gdiat, ut negotia. At in alio lib. de priuatis hominibus loquitur, quibus præcepta tradit: id est, qui negotijs addicti non sunt de quibus verum erit, contrario esse victu vtendum, ut ad mediocritatem deducantur.

Kursus igitur dubitatur, quoniā 6. de tuer. San. sic scribit in passiuis, humido scilicet & sicco: siquidem seruare temperamentum studes quod inuenisti, vtere similibus: sin corrigeres, contrarijs. At in actiu: contraria semper dare expedit.

Sunt enim hæc, inquit, efficacissimæ qualitates, & similibus aliementis facile in morbosam intemperiem abeunt. Ideo etiam in negotiosis, in quibus permutare non expedit, contrario victu erit vtendum. Contra quām dixerat 3. Tech. quod in quo-cunque excessu, seu in actiuis sit, seu in passiuis, similibus semper conseruatio fiat. Respondetur, Hu-  
mida

mida temperies quibusdam corporibus optima est,  
& utilis plus quam media, si essent: ideo si media, se  
conseruandam indicat, quanto magis haec humida?  
Hæc est in pueris, & in his seruari maximè est ex usu,  
ni prorsus morbos sit, & morbos faciat. De his ergo  
Galenus loquitur: vnde & de humiditate puerorum  
statim meminit. Similiter naturale est mulieri hu-  
mido esse corpore præ viris; ideo nisi salubrem me-  
diocritatem excedat, seruanda similibus, de Vict.  
salubr. 24. At calida, vel frigida temperies nulli cor-  
pori commoda est: iraque nunquam propria ratione  
de se seruanda indicat. hinc quantum ex se est, sem-  
per contraria exigit. Sic locum intellige 2. Tech. 23.  
Signum noscendi temperamenta est, quod laeditur  
facile à similibus, iuuatur ex modico contrariorum  
usu: non negamus tamen, quin si seruare animus  
sit, similibus id fieri debeat, vt Galenus 3. Tech.  
monuit: & erit utile præceptum, quod conseruat  
sit per similia, genere inquam & gradu, vt dixi-  
mus. & Galenus cap. 86. annotauit, cum vult ea si-  
milia æqualiter à medio declinare.

Alia etiam causa est quare cōsulat contrarijs utis  
quia in passuis non facile error committitur, quod  
lentè hæc qualitates imprimunt; non sic in actiuis.  
At nō errare difficile est: etenim exactè similia quis  
inueniat? ideo satius est ad frigida declinare. itaque  
præceptum illud verū est 3. Tech. sed in arte seruare  
non potes. Contrà; fint negotiosi, quibus permute-  
tare non conductit: quomodo uteris? Respondetur,  
Vtar non adeò, vt permutare possit, sed furorē  
qualitatum cohibere. Quod vero sic intelligat, patet:  
Nam de calida, & humida natura loquens, ait: Si  
permutare velis, cōtrario victu utere: si conseruare,  
simili. Intelligit aut si velis ubi modicè abierent: At  
cum dicit, In actiuis contraria semper dare expedīt:  
quod dicit semper, non intelligit in toto victu, sed  
semper, id est seu alterare, vel seruare velis; nō quod  
contrarijs semper utatur, sed aliquando cōtrariorum  
usu admittat, ne dum seruas, in morbosum affectū la-

batur. & sic intellexit Auer. qui id consult lib 6. II.  
de Regimine corporum calidorum. Non enim de-  
bent vñquam conseruari solùm , sed adnoscere ea,  
quæ preferuent : quanuis semper, si fieri possit, de-  
berent corrigi , bi maximè, quibus vna qualitas su-  
perat : quoniam sunt proximi , vt ab externis causis  
morbos incidunt. Ad ea verò experimenta suprà ad-  
ducta de naturis calidis , & frigidis , dico primum,  
quòd illæ alterationes aeris non sunt similes, sed ex-  
cedentes : vnde facilè illis morbosæ succumbunt.  
Nam naturæ intemperatæ facilè cognato suæ natu-  
ræ morbo laborant. Præterea sunt temperamenta  
proclivia ad lapsum , quæ modico contrariorum usu  
juuantur. Contrà hæc non est modicum iuueni.  
Respondetur , Melius in tempore remissiore , sed  
comparando hyemem æstati : melius hyeme, quia  
pessimè æstate. Ita de regimine dicatur. Quæritur  
enim semper modicæ corrigere hos, præsertim dum  
valent. Sed dubiū n̄ est de senibus. Nam si corrigeret  
siccitatem epruin studes, quomodo in eorum vicu  
salita , & ita siccantia Galenus admittit lib. 5. 2 Re-  
spondet Galenus de Vicu priuatorum , senilem æ-  
statem contraria indicare, propterea quòd intempe-  
rantias duas patiuntur , quæ ambæ corrigi postu-  
lant. Prima est naturalis siccatio , & frigus : secunda  
excrementitia humiditas qb frigiditatem . Vide se-  
cundo de Temp. vbi hæc disputat: & 6. de San. quer.  
Ideo solidis humectari volunt , sed semper cauere  
pe multa humiditas aceruetur. Ideo cibi natura hu-  
midiores saliti sint, præsertim si glutinosi : quando  
non conficiuntur , & seniles morbos signunt poda-  
gras, & nephritis.

Medicina  
partes.

Videndum postea est , quamnam medicinæ par-  
tem profiteamur. Nam cum yna eius pars, quæ phy-  
siologia dicitur, naturam rerum , & causas contem-  
pletur, tum corporum, quæ curanda sunt, tum ma-  
teriaræ medicæ , per quam fit curatio. Hanc yniuer-  
sam supponimus. Rursus altera de signis, tum præ-  
sentium rerum demonstratiis, tum futurarum pro-  
gno-

gnosticis, quam itidem supponimus. Est tertia quæ  
iam homini tuendo præest, quam propriè medici-  
nam dicimus : quoniam immediatè finem medici-  
spectat: hoc est, Sanitate frui corpus. In hoc ergo *Medici frusti.*  
genere est medicinæ pars, quam intendimus. Ce-  
terum hic finis generalis, Sanitate frui, distinguitur  
per modos, quibus sanitatem frui efficit. Vel enim  
cam illæ sam seruando, vel præcauendo ne in mor-  
bum labatur, & amittatur, vel eam amissam resti-  
tuendo. Hinc tres primæ partes sunt, conseruatrix. *Medicinae*  
*præseruatrix & curatrix, Quodque horum eundem prima par-*  
*tinem respicit: sed diuersimodiè assequitur. Ille exi-  
guæ vitia, & vix sensibilia corrigit, dum talia sunt,  
quando etiam neque momentum corpori aliquod  
afferunt; sed si increscere sinantur, eo peruenient,  
vt actiones laedant. Sunt autem hæc minora vitia  
contracta ex internis causis, & externis quibusdam,  
quæ evitare nequimus. Internæ sunt continua cor-  
poris siccatio, quæ à conceptione fit, propter sic-  
cum elementum, quodd in mistura præualet, scilicet  
ignis; & conformari ex humida materia non po-  
terat, quin siccaretur. Perdurat verò hæc siccatio  
usque ad mortem. Altera causa est substantiæ corpo-  
ris nostri fluor, vel effluvium, quod facit calor insi-  
tus, dum humidum depascitur, & in vaporem sol-  
vit: unde & tertia causa prouenit. Nam ob id neces-  
se est, quod defluxit resarcire: resarcimus autem ci-  
bo, & potu: qui cum prossus similis non sit, muta-  
tione egit, in qua excrementa colligi est necessa-  
rium, à quibus incommoda sanitati eueniunt. Ex  
his quoq; sunt exercitia, vel quietes, & reliqua, qui-  
bus necessariò corpus alteratur, vt & externum am-  
biens. Has ergo exiguae alterationes corrigit, qui sa-  
nitatem seruat. Quod si in horum usu erretur, fiunt  
& maiora vitia, adeò vt morbis proxima sint, vt do-  
lores, vigilie, laßitudines, siue plus iusto quis ca-  
piat, seu minus: siue frigido nimium occurrat, seu  
excrementa detineantur, vel plus excernatur. Hæc  
verò artis pars prophylacticè dicitur: quoniam im-  
ee 5*

minentes morbos præcauet. Præcauet autem dum gliscentem iam in corpore causam affert, ut excrementa aceruata. Sunt enim hæc morborū veluti seminaria quædam, quæ & morbum facient, nisi tollantur. Tollit autem, prophylactice per contraria lib. de Art. const. Cùm verò iam aperte læserint actiones, morbi dicuntur: & his prima pars artis præest, quæ curatrix nominatur, cui nos intendimus: quæ factum iam morbum respicit. Sub hac verò etiam mixtum genus comprehendimus, ex curatrice, & præseruatrice. Nam aliquando hoc mixtum officium ad medicū pertinet, cùm simul & factum morbum, & futurum respicit, in his scilicet morbis, qui causam souentem habent, ut in febre. Hæc Galenus decimo Method. ad principium. & 13. Ther. Instrumenta verò id est præsidia, bifariam sunt inueniuntur, vel ratione in quam vel experientia. Quodque enim altero horum modorum est inuentum primo Aph. sexto, Aphor. 38. primo Ther. 3. & tertio 5. Est autem experientia ex sensu evidenter inuentio. Ex his enim univ ersale præceptum colligit, quæ sensu usurpauit. Vnde bene Aristoteles ex multis memorij experientiam fieri ait, primo Metaph. Fit autem obseruatio, vel ex his, quæ casu nobis obiectiuntur, vel ex his, quæ consulto euenerere. Casu dicuntur, quæ nihil molestibus nobis fiunt: Consulto, quando remedium querentes temere inuenimus. Fit postea & ex horum imitatione, hoc est à simili. Hac sola Empirici contenti erant: neque de rei natura aliquid ratiocinabatur. Nos verò eam admisisimus, sed non sola sumus contenti; sed ratione multa inuentri fatemur, multa vtraque via. Vnde & Rationales medici dici volumus facta à præstantiori denominatione: non quod sola ratione contenti simus. In quibusdam enim nihil ratio potest. Et sunt quæ superè enumeravimus quatuor genera: ideo in illis experientiaz subscriptimus. Contrà multa sunt, de quibus verè dici non potest, quod experientia sint inuenta. Neque eam casus ullus euenerre potuit, quo vide-

*Instrumen-  
ta artis.*

videlicet homini affixam cucurbitulam, & imitatem rursum euentum intuiti. Sic in componendis medicamentis quantum claudient, legendus Galenus 3. Method. Neque enim casu, sed ratione recta per debitam proportiones admisceri est necessarium. Sunt quae utraque via inueniri potuerint, ut frigidam in febribus bibere. Empiricus experientia inuenit, quia multos obseruauit sic affectos, & cum his signis (limitabant enim undeque sua precepta) frigidæ potionem curatos. At rationalis ait, frigida perpetuum febris remedium est, quia calidus morbus, & quantitatem, & occasionem dandi ex ratiocinatione habebit: quia haec natura morbi hoc exigit, hoc tempore: & haec natura frigidæ aquæ est. Sic de sanguinis missione dico.

Iuvant vero se inuicem haec instrumenta. Nam si quid intuti sumus, siquidem illi quoque ratio consentiat, statim assentimur, & ita felicius nos experientia utimur, quam Empirici. Illi enim multo tempore vix certi sunt, nos breui. Sic & ubi ratio praesidium aliquid inuenit, si statim adhibitum in corpore id efficere videamus, certi sumus utile nobis esse praesidium ut ratio inueniat, comprobet vero experientia quae inuenta sunt: ut duobus oculis exactius, certiusque cernamus. Quae vero ratio inuenit, de quibus maxime agendum nobis est, dicuntur methodo inueniri. Nihil enim aliud est Methodus, quam rationalis via ad aliquid inueniendum. Comparatur autem methodus ex indicationibus. Est autem indicatio eorum, quae nobis agenda sunt insinuatio, ab ipsa rei natura collecta; ut experientiam excludamus, ut vult Galenus 2. Meth. hoc est persuasio à ratione proueniens, qua medicus quid sit agendum nouit. Format vero syllogismum factum, assumens indicantia, colligens quod ab illis indicatur. Sunt igitur & quae indicantur syllogismorum conclusiones, & quae indicant, syllogismi assumptione. Totius vero rationis vis ex immediato principio pendet: quod contraria contrariorum re-

media: hoc verò ex altero deducitur, quoniam quod præter naturam est, tolli se poscit, tollitur verò contrario. Vnde quid scopi, vel propositi nomen medicis significet, aperimus, cuius vocem toties in orè habent. Est enim quod medico propomitur. Proponitur verò aliquid dum consultat, aliquid verò dum ad agendum se accingit: utrumque scopum dicunt. Nam & Galenus magnitudinem morbi, & robur virtutum scopos ait mittendi sanguinis. Intelligit scopos, ad quos respicientes consultamus: ideo scopi à nobis consultandi dicuntur. Rursus medici scopus est, nosse quid agendum, & quomodo, & quo tempore: quos curatiuos scopos distinctionis gratia dicimus.

Cum medicus rationalis ex rei natura remedia inueniat, ut monstrauimus, necesse est nosse quæ, & qualia sint ea, quæ inquirit: mox de his, quæ ea, quæ queruntur, indicant, agenius. Sunt igitur ea quæ queruntur hæc in primis, quid sit agendum, ut, num vacuandum, calfaciendum sit: & est quidem id primum ordine quod occurrit, sed quod exiguam notitiam præstet medico, ut videatur plebeio quoq; communis esse, & ita nihil artificiale in se contingere. Statim enim à natura ipsa morbi indicantur, unde & illi talia querunt remedia: cum extuant, se in fluios projiciunt; siti vehementer vexati, bibunt imò & bruta hoc eis indicante sensu, remedium exquirunt. At dignum postea artifice est, statim querere, quibus id fieri debeat. sciuisse enim solum generè quod refrigerandum est, id verò non magis utile quam inutile esse poterit, nisi qualia esse debeant, rectè noris: multa enim sunt, quæ refrigerant, ut alia mitius, alia vehementius, alia actu, alia potestate solum, alia ex accidenti: & in unoquoque horum generum multæ est differentia. Iuuat ergo diuidendo qualia refrigerantia esse debeant inuenire, adusque ultimas differentias. Vbi hæc noris, noscenda est quantitas, id est quantum sit refrigerandum. Nam si intra limites consistas, sanitatis metas

Nam non attinges: si vlt̄a procedas, naturalem quoque ægri temperiem vitiabis. Quantitas ergo diligentissimè est perquirenda.

Ad hoc quarto loco occasio, id est quo tempore id facias: nec enim quis tempore id facere licet, sed opportunè. Nam sic exhibita præsidia iuuāt: sin secus lēdunt. Est autem hic animaduertendum ob Galenum, qui videtur dicere occasionem & quantitatem idem esse, nec plures scopos ponendos, 3. Tech. cap. 86. Nec enim vult has quæstiones sese includere, & vnam earum esse superfluam: sed quid certa quantitas sciri nequit, nisi etiam sciatur tempus simul, ut tempus præfinisse oporteat, & abhinc quantitatem. Nam cùm continuè status ægrorum mutantur, quis potest probè nosse quantum sibi medicamenti exposcat æger, nisi norit, quo tempore præcise ht dandum? hic est Galeni sensus verus. Veh igitur illis, qui temere quantitatem mittendi sanguinis vel medicamenti statuunt, & multò antea per plures dies statuunt. Quantum in ægros pecant? Quinto hinc, quomodo id fiat, queritur. Multi enim & diuersi sunt modi, quibus medicamenta applicari solent, alia confertim, alia sensitim, alia irrigatione, alia frotu, alia liquida, alia sicca: & sic de varijs applicandi formis: multumq; refert ad curationem vt̄dvis modo quis vtatur.

Addimus & sextum scopum, ordines curationis. Cuius quidem Galen. meminit 3. & 7. Meth. Hoc autem non semper in cuiusvis curatione quæsiuisse necesse est, sed solum in affectibus complicatis. Vbi inquam multa, & varia sunt, quæ monstrant, nec sat sicut à quo sit inchoandum: attamen hoc nosse est necessarium: quædam enim curati sine alijs non possunt. Neque enim morbus tollitur, ni prius causa auferatur: nec caro noua gigni, nisi à subiecta carne: & tollantur sordes, & intemperantia quæcunq; sit: neque vulneris labra vnitri, si quid interfit. Qui igitur hac perfectè inuenire norit, perfectus artifex erit. Et Empiricus quidem observatione se inue-

nisse dicit: Rationalis verò methodo ex indicationibus contexta. Hęc à natura rerum indicantur. Quoc verò, & qualia sint quę indicant modò monstrandum, genera primum proponendo, & mox per diuisiuam artem singulas differentias inuestigando. sic enim melius in memoria hærebunt.

Genera igitur tria sunt. primum ea, quę secundum naturam æ gro insunt: quorum enunaeratio est, temperamentum, vites, habitus corporis, consuetudo viuendi, seu anteacta vita, naturæ proprietas. quę singulam embra ita declarantur. Temperamentum enim secundum naturam æ gro dicimus, quod modò sanus obtinebat, seu sit idem, quod à prima origine sortitus est, seu aliud acquisitū tempore. Ac quiritur autem nouum, & permittatur antiquum ex viētus ratione vniuersa, quę multo tempore corpus alterauit, priori temperamento contraaria, cum homo sanus viuebat, & munia sanorum exercebat: quanuis multa in latitudine, tum sanitas, tum temperamentum sanitatis causa versetur. Quot autem sint modi temperamentorum, & medium inquam, & quę à medio hinc vel illinc recedunt, satis notum est ex libris de Temperamentis.

Vires, intelligo facultatum robur: quod quomodo se habeat consideremus. Intelligo eas, quę corpus gubernant. primum trium inquam principiorum, è quibus vita pendet: in quibus etiam ordines dignitatis Galenus statuit. Meth. vt videamus cuius principij robur maximè indicet. Cordis enim facultatis hoc est vitalis facultatis, qua ipsum mouetur, & arteriæ in primis ratio est habenda; ne dum sanare contendimus, interim eius imbecillitate non pereat. Tandiu enim viuimus, quandiu mouetur cor. Cerebri vis non adeò nobis necessaria in ægris est, vt in sanitate: quoniam consueta munia agere si nequeant, non curamus. De iocinoris facultate, unde corpus alitur præcipuè sumus solliciti: cum morbus materialis est, vt probè alimentum concoquatur. Cum verò eæ partes priuatim laborent, ipsarum viri-

virium habenda ratio est, ut cerebri. Vide discursum Galeni 2. ad Glau. 2. Attamen generatim hoc intelligendum: quod una facultate e tribus pereunte, breui reliquas perire est necessarium. Intelligitur breui absolute a cerebro ob respirationem, quae per musculos fit, non a iocinore: quoniam sero, & lente ahorum comparatione, ut s. de Loc. primo. Sed non modò has principes consideramus, sed eas quoque quarum opus toti utilitatem assert ad vitam necessariam: ut spina motricem facultatem deferens, unde respiratio. Venter etiam vim habet iocinori, tenes non adeò præstanti: at magni usus ad vitam, ob morbos imminentes. sic Lign.

Nunc de habitu corporis dicendum. Consideramus enim cuiusmodi sit naturalis eius habitus, num mollis carnis sit, an duræ, sic num rari, an deasibus. Quomodo autem haec cognoscantur, ex secundo lib. Temperamentorum habetur. sic de obeseo, vel carnosö dicimus. Haec enim omnia in usu remediiorum conducunt, si quis ea norit.

Aetatem quoque sepe considerauit Hippoc. vt 4. de Vict. 20. & 2. de Vict. & primo Aph. seu in victu, seu in remedijs adhibentibus. Quot verò sint aetates, & quid unaquamq; indicet, ex mutatione quam circa corpus facit, Galenus 2. de Temp. & 3. Aphor. exposuit: & nos infra dicemus, cum de earum indicazione agemus. Consuetudo quoq; non tam viuendi, quam remediiorum spectatur. Utrobique enim vim multam indicandi habet, vt monstrauimus. Confitit autem in victu, id est in sex non naturalibus generibus, & eorum usu, a quibus necessariò corpus nostrum alterari dictum est, atq; hanc contra Thesalum maximam vim habere monstrauit Galenus 1. Meth. & Hippoc. sed & vulgo etiam ab omnibus est obseruatum. Haec sunt quae in toto corpore considerantur. Sed si priuatim pars aliqua corporis laboret, primum ut in toto, ita & in ea temperiem considera, & uniuersam constructionem. Multum enim variant temperatura partes, & pro eius varietate re-

media. Sed & ex constructione non minus. Constitutum autem hæc in numero, & magnitudine partium; & debito earum situ, & figura, & superficiebus, & cavitatibus. Hæc enim omnia secundum naturam sunt, & in usum aliquem natura instituit, ut sigillatimi Galenus monstrauit.

*Instrumenti præstantia.* Nec minus ipsius instrumenti præstantiam considerabis. At quomodo præstantia noscitur? ex utilitate, quam nobis affect. Utilitatem vero consideramus, quatenus ad vitam magis, minusue conducit. Potes itaque discurrere in omnibus instrumentis, & sciens eorum actiones, & usus, facile præstantiam iudicabis. Considerabis & partis labiorum robur, quod etiam ex labore actionis distinguitur: Demum ut sensibilis est, vel stupido sensu. Multum enim in hoc partes distant: & hinc multum medicamenta evariant. Hic igitur est omnium, quæ secundum naturam, aceruus, à quibus perpetuo aliquid indicatur.

F I N I S

CVL

**G V I L I E L M V S G V I D O B A L**  
**D V S M E D I C V S , H I E R O N Y M O**  
 Montuus Medico; Philosopho do-  
 ctissimo S. D.

**G I S T I** mecum superioribus die-  
 bus, doctissime Hieronyme, ut Leo-  
 nardi Iacchini, viri sane omnium;  
 quos vñquam nouerim, Galenicis  
 praeceptis addictissimi commenta-  
 ria aliquot, quæ Lugdunum proficiens Typogra-  
 phis daturus mecum detuleram; tibi haudqua-  
 quam denegarem. Idq; èd obnixius petebas, quod  
 Leonardum multa scripsisse dicerem, non tamen  
 multa edidisse, quæ vulgo legerentur. Enī liber-  
 alior, quò tardior fuerim, iure censem; plura  
 quam exegeris oculis subjicio. Habe enim disputa-  
 tionū Enchiridion, in quo; ni fallat. ea in re me-  
 dice principe parte, quæ Gracis diatribā dicitur,  
 abusus ita cōpertos facile nanciscari: vt eos,  
 nedium mediocriter eruditis, sed etiam iō. sorrib;is  
 eius industria notos haud dubie dicere possis. Acce-  
 dit postea Problematum libellus; in quo nimirūm  
 terum naturalium questiones adeò lucidas factas  
 temperies, vt virum Etruscum antiquis Phi-  
 losophis nullo labore conferendum  
 credas: Vale:

ff

LEONARDI IACCHINI ME-  
DICI EMP CRIENSIS, DE ACV-  
torum morborum curatione disputatio  
Ad FRANCISCVM GAR-  
BVM suum.

**M**ITT TO ad te, mi Garbe, disputationes, quas olim de Acutorum morborum curatione conscripseras: ut eas (si quidem tali conuentu dignae videbuntur) vna Petro Francisco Paulo, & Christophoro Radda, ceterisq; sodalibus eruditissimis legendas præbeas. Habebitis enim forstasse ex earum lectione, quo semel (quauis sales bis longè lepidiores nō desint) symposium vestrum conadi. Meministis enim, scio, historiā omnem, quomodo ex cōtentione illa, quæ mibi cum celebri vrbis nostræ medico cōtigit, originē traxerit. Neg vobis modò præteriorū laborū recordatio insuavis esse debet, cùm iam inuidia omnis dewicta est: cùm nouella illa planta adeò latè propagines misit, vt nullus amplius Sophistis locus superst̄it. Ceterum nō tā propria ratione libelli huius lectionē vobis omnib. grātā fore cōfido, quām Iacchini vestri, quē vnicē diligere soletis. Ego verò, vt de me aliquid dicā, iucundam satis vitā ago, totus Musis deditus & Apollini. Neg. n. bona corporis valetudo, qua nihil optatius aliās à deo optimo mibi cōtigit: nō amici eruditi desunt, quorū cōsuetudine fruar: nō desunt quoq; qui vellicet, mors deant: verū iam diu animus occalluit. Quid enim vespis & crabronibus adsuetus, culicem curet? Vale, & Sodales omnes meo nomine saluta.

Leos

83

# LEONARDI IAC- CHINI MEDICI EMPORIEN-

SIS DISPUTATIO, DE ACVS  
TORVM MORBORVM  
CURATIONE.

## PRO OEV MIV M.

 VANTVM veritatis studio offi-  
ciat, malos præceptores sortiri, du-  
dum ratione & exemplis monstrauit  
Galenus. Cùm enim sua tempestate  
quàm plurimi eo pestis genere la-  
borarent, atque inde bonis discipli-  
nis negocium faceſſerent: dum in his ruditatem, in  
alijs contumaciam, & prauitatem taxat, pro vitij sci-  
licet ratione, multis in vtrunque hominum genus  
ineuctus est. Porrò prauitatis arguebātur Sophistæ,  
quòd veritati, quæ iam in propatulo foret, obſiſte-  
rent: eamque impudentiſſimè modis omnibus op-  
pugnarent. Ruditatis verò iij, qui neque eam agno-  
ſerent. Hæc cùm ſcriberet Galenus, mirū est quàm  
apertè nōstræ ætatis medicos, & eos qui non multo  
antea deceſſerunt, noſtris oculis ſubiecerit. Aded, vt  
nonnunquam nobiscum vixiſſe eum dicas, ſi quan-  
do mores, ingeniumque, & vitam demum omnem,  
verbis depingit: in eo præſertim libro, quem περὶ  
προγόνων inscribit. Qui namque ex noſtris clarif-  
fimi habitū ſunt, ē quibus multi adhuc viuunt, nul-  
lis veterum, ambitione, auaritia, calliditate, malitia,  
fuere ſecundi. Præter cætera tamen peruicacia inſi-  
gnes, & ignorantiae ſuæ defenſores acerri mi. Nam  
quod ad disciplinas attinet, in sophismatibus conſe-  
nuerant, ſpurcissimisque adeò authoribus addicti  
erant, vt nihil ſibi in pretio foret, quod barbarie  
ff 2

nōn olere. Aristotelem verò, Platonem, Hippocratēm, aut Galenum, summis quidem labijs laudabant: quod celebres viros silentio prateriisse pudiceret: ceterū scripta eorum, ne per somniū quidem viderant. Hinc deprauata disciplinatum instituta, veluti per manus tradita, ad nos tandem peruenere. Nam quid quæso aliud patrum diligentia comparatum est, quām vī pro cultis, apertis que, inculta, & vept̄icosa: pro nitidis, sordida: pro veris, falsa, & superstitionibus plena, irreperente? Quæ tametsi nobis grauia forent, attamen ferrit tantisper poterant. Sperabamus enim: si quidem bonis literis (vī cœpit) fortuna arrideat, difficultates omnes, quæ à sophistis imminent, vnius ætatis spatio sihiendas. Quo magis animus erat post diutina dissidia, arma deponere, ac rei cuentum tacite expectare. Ceterū calumnias, conuictia, hostiles inquam, atque indefessos animos, quis ex quo animo ferat? Quis rursum generosos viros, metitis laudibus fraudari? Vt interim taceam plurimos partim longa persecutione deterritos, partim nouis artibus illectos, in barbarorum castra quotidie confugere. Quò sit, vt Reipubl. literariæ interesse putem, vti pro virili dimicemus, ne intenipestiuo isto silentio, aut manus dare videamur, aut labefactatos quosdam protinus concidere sinamus. Ceterū vt criminē ab uno, ò lector, omnes noris quales sint, quibuscum nobis negotium est: congressus cuiusdam meminiisse statui: vt qui vna cùm magnæ apud vulgus authoritatis viri, non pridem habitus sit. Is iam anteā èd levitatis, ac petulantiæ processerat, vt in spēm veniaret, obliterandæ Galeni gloriæ. Quare publicè cœpit cohuijjs impetere, & ridiculis titulis de honestate eum virum, quem (vt ceteros fileam) magnus ille Simplicius, tribus quondam clarissimis cognombris insigniuit. Nunc quidem φιλοτοπάτας, non huncquām φιλότοπος appellant: quasi nefas foret, absq; honorifica adiunctione ipsius mentionem habere. Aut iste palam Galeno oblo-

quitur,

quitur, dicaces quosdam atque impudentes iuuenes noctis, qui Galenum inficitur, & ruditatis arguere audeant: Arabes vero scriptores euehant: polliciti se plurima propediem edituros, a quibus Galeni gloria pericitetur. Quibus pertentatis, cum ne vel minimum quidem profecisse se cerneret: non secus ac si furijs ageretur, apertis telis in nos, nostra que iteruere coepit. Atque equidem nescio qua sorte factum sit, ut me ex Galenica familia postremum, tunc primum e latebra exiens scorpio, offenderet. Cum enim hisce diebus, sorte quadam una nobilem mulierem inuiseremus, videretque vir alioqui sagacissimus, summam agendorum omnem mihi committi: cœpere tandem ea animi indicia erumpere, quæ magna vi multo antea cohiebat. Me vero fortassis honestius erat isthac negligere: volui tamen aliquando eorum mores atque eruditionem, iactantique toties experientiam omnibus innotescere: simul uti Homeri consilium susciperem, qui aliquando ait:

*αὐθεῖτα μύριαδας, ὅτε τὶς περίλεγες χαλιστήν.*

Quare totius disputationis historiam fidissimam narratione conscribam.

### PROTHESIS.

**M**ulier etatis adhuc consistentis acuta febre laborabat: atque haec duarum tertianarum, quæ post meridiem increaserent, formulam seruabant. Temperamento humida erat: inediam, uti asserebant. Satis facile ferens: vix tamen pleniore paulo ante usq[ue]: Octayum iam mensem grauida: viribus bauld imbecillis: Tempus anni, ortus Pleiadum. Ego itaque ubi consedimus, capita rerum brevibus complexus, ita cœpi: Siquidem curatiuos scopos (ut par est) penitemus, nulli dubium, quin morbi mas-

gnitudo, quod ad se spectat, venæ sectionem indicet. Suadet item putredo, & etas consentit, vittus qui præcessit, vna & tempus anni, quodammodo media sunt. Id vnum debortatur, quod grauida sit: nempe virium respectu, quæ in eiusmodi corporis statu, si alimonia destituuntur, facile lapsum eunt. Neque perire peregrinanti, fœtui ve expedit, quod maiore re discrimine postmodum sarcire cogaris. Quare satius fuerit (Galenō autore) sinnere utrumque frui parto per sanitatis tempus sanguine: cum præsertim abundantiam tenuiore vittu breui imminuere licet: sic enim unicum indicationi fiet satis. Itaq; usque ad morbi sumnum vigorem, quem ex ipsis magnitudine, & specie, & modo motus, non longè à septima futurum conuicere est: ptisanæ cremore, vel pane ex aqua, si id fastidierit, aleandam censuerim. Quæ etiam bis quotidie assumere longiusculum paracastlices tempus ægram permittit. In auxiliorum verò censu, acetam mulsum, quod aque plurimum reciperet, in quo etiam apj radix medicriter incoqueretur, propinarem. Id namque urinaria excrementa, citra vim, proritare potest, tepidos que suo calore concreta fundere, semicruda concequere, astricta remittere, satis valet. Quæ omnia curandis febribus sunt, vt si qua alia, opportuna. Alium iterum, quod astricta sit, mollissimis clismatis ducere expedit, qualia ex aqua, oleo, & melle parantur. Nam valentioribus seu ablutionibus, seu pharmaciis vti, neutquam expedire puto: tum quia ante coctionem dimouere succos, noxiū existit: tum quia non satis adhuc constat, quò natura vertere debeat. Sperandum postremò, cum symptoma ta non

*ta non adeò minacia secum ferat morbus , neque  
mali moris sit , virtusq; vim ipsius facile ferre  
videatur , ni error accidat , in salu-  
tem finiendum.*

## A N T I T H E S I S.

**A**D hæc ipse: Quod ad sanguinis missionem ar-  
tinet (iam enim circa morbi notionem , & mo-  
rem , & quæ ad corporis naturam pertinent , inter  
nos conueniebat) in tuam sententiam lubens venio:  
verendā inquam , imd omnino omittendam. Quin  
potius demiror , quo pacto tibi in mentem venerit,  
quasi eam Hippocrates omnino non tollat,dum ait,  
Grauidam misso sanguine abortum pati. Cùm verò  
addebas,Putredinem sanguinem mitti suadere:per-  
mita illa sententia permotus videris , qua optimum,  
Galenus ait, in omni febre , quæ ex putredine est,  
venam incidere. Noui etenim iuniorum ingenium,  
quibus mos est , sententias quādam , inexplorata  
authoris mente , haud sine laborantium iactura su-  
scipere. Nam si his verbis temerè subscribas , longè  
errabis: quando neque Galenus ipse id obseruat , vbi  
febrium curationes aggreditur. Quanto igitur me-  
lius maiores nostri , qui cuncta experientia com-  
probarunt , ed sententiæ peruenere , vti dicerent:  
Non in synochis modò , sed generatim in vnaquaq;  
putridarum febrium differentia salubrem esse san-  
guinis missionem: ne fortè bi persuadeas , in solis  
synochis utilem esse. Id vnum non omittam , cur  
venæ sectionis loco , vbi id facere non audebas , al-  
ium non solueris , in principijs præsertim , vti docet  
Hippocrates. Quod sanè præceptum ita hactenus  
patres custodiere , vt si fortè fortuna in morborum  
initijs omissum sit , procedente quoque tempore  
confuerint non dimittendum.Cæterū audio scio-  
os quosdam , è quibus tu fortè es , omnem eiusmodi  
minutionem abhorre. Verūma quod contentio-

fos animos, & invictam peruicaciam apprime possum, ad reliqua, quæ proponebantur, reuertar. Quæ igitur de virtutis ratione differebas (pace tua diximus) haud temere admittenda videntur. Ego namque Galenum & medicorum optimos imitatus, plurimum consuetudini tribuo: Ii nanque, neque dum corpus minus valet, nec nisi per longum otium, usum mutari permittunt. Quid igitur, obsecro, victimum omnem suetum subito immutasti? quantitate & qualitate, tum nutrimenti, tum potionis longè Guarans. Aut quoniam pacto ptiſanæ succo, matrem vñà & grandiotrem iam fœtum seruari posse cōfidis? An potius necesse erit utrumque desicere? Sed quid multis moror? quin potius festimur vetustissimi Hippocratis sententiam, qui plus, grauiusque errari ait in tenui vietu, quam in paulo pleniore. Quoniam à vini potu, quod capitis dolore tentetur, absentia optimum sit, ac pro eo granatorum succum propinari: quippe qui cum iucundus sit & caput minimum tentat, & putredini, ut si quid aliud, aduersatur, ut scribit Auctenna, tum alibi, tum ubi pestilentibus febribus opem fert. Nam de ptiſanæ succo, quem tu præceteris selegisse videris, quid opus est verba facere? Mitto quod insuetus cibus, quod tamen multò quam res ipsa exposcat, sed quod Galeno autore, in proposita laborante omitti debeat. Hoc inquam, haud leue estimandum est, tibi præfertim, quem miror (cum te Galenicum iactes) locum hunc latuisse. Is igitur eo libello, quo dicato opere de ptiſanæ præparatione, viribusque, & vsu, disputat, aperte ijs ptiſanæ interdicit, quibus astricata est alius. Quare cum ægra hæc nil sponte deiicitur, lædetur proculdubio ptiſanæ vsu. Quanto igitur melius, quanto consultius fiet, si maiorum vestigij inhaerentes, victimum ita instituamus, ut quam minimum à consuetudine absit, euitatis duntaxat mali succi cibarij? Hoc enim ægris conducere, & ipsi longo vsu inuenire, & nos hactenus comprobauimus. Quid enī mihi exempla quāram, quasi res

ges ipsa testibus indiget? Quasi numerum eorum  
recensere quis queat, quos maximis correptos mor-  
bis, tum ego ipse, tum præceptores mei persanauim-  
us. Quos quidem interire parerat, siquidem le-  
thale sit (ut dicitis) acutæ laborantes, consuetis ciba-  
rijs enutrire. Non præterierim, quin & de cibâdi  
hora, quid sentiam, exponam. Expectare enim fe-  
bris inclinationem, quod tu suadere videris, nemo  
prudens laudauerit, ut quæ nimis longè absit. Vbi  
itaque febris increscere coepit, maturandam re-  
nutritionem iudico, nec gratis fame diutius cru-  
ciandum puerulum. Ita nanque veteribus mos fuit,  
ut si quando febris tempora protraherentur, princi-  
pio & summo vigore euitatis, in ipso incremento  
nutriren. Cum hæc, sublata de industria voce, He-  
truscis verbis pronunciasset, assensisse quoque con-  
fidentes mulierculas, nempe puerili pietate permo-  
tas, atque omnia isthæc læto quodam murmure ex-  
cepisse cognosceret: tempus dari ratus, quo conce-  
ptam iam antea ferrugineam bilem euomeret; tur-  
gentibus iam præ ira oculis, atque ore spumanti in  
me laxis habenis coepit irruere. Nam de medica-  
mentis, inquit, si verum fateri licet, inconsideratè  
ac nodum videris potionibus apium incoxisse. Ne-  
que villam vel minimum indicationem, ab eo quodd  
grauida sit, tibi assumpsisse. An modò te fugit, a-  
pium cotyledonas vulvæ aperire, & abortum facere?  
Nam quodd menses moueat, Galenus testatur.  
Aut cenna vero præter hæc, malum quoque præ-  
gnantibus esse ait, & comitialem insuper morbum  
excitare grauissimum sanè tenello fœtui incommo-  
dum. Quid igitur læti obsecro parentibus eueniet,  
siquidem epilepticum puerum exceperint? Porro  
quam utile sit apium febribus curandis, Galenum  
sciscitare: qui libro Therapeutices 8. non minus fe-  
bribus aduersari dicit, quam Nepetam & Origans.  
Adhæc cum, prout tempus & locus exigeabant, re-  
spondere coepisse, sermonem illico abiupit: atque  
indignabundus, ac si temeritati & inscitiae nostræ

succenseret, inauspicatos ait se se nobis ægros committere: nempe audacissimis viris, & qui sibi omnia tribuant, admisceant, addant, auferant, temperent pro arbitrio vniuersa, quasi naturam rerum in manibus habeant. Quæ cum dix ss. t, ut plus inuidiæ mihi pareret, suiq; desiderium augeret, abijt. Porro longè aliter, atque ipse animo conceperat, euenit. Nam pater familiæ vir doctus, eiusmodi quoque belluarum genus optimè callens, curationem oranem mihi permisit. Itaque eadem curationis serie seruata, ad septimam diem sanitati restituta est. Paucis verò diebus inierictis, valentem fœtum edit. Ego itaque hæc abs te percessus (iam enim ad te sermonem omnem conuerto, senex clarissime) tametsi vberrimè retaliare saepius mihi licuerit, statui potius rem omnem literis mandare: mea interesse ratus, si quidem haud amplius muliercul's, & in docta plebe, verùm doctis viris arbitris, causam dicamus, simul ut veterem, & Galenicam disciplinam à rabidorum canum mortibus pro virili tuar.

*Quantam vim, ac quam dignitatem in curandis ægris consuetudo obtineat. Loci præterea nonnulli ex Hippocrate & Galeno declarantur. Colligitur, per mutandam consuetudinem, haud tamen importunè.*

 GITVR disputationis nostræ initium dicta esto, posteaquam in eam multis modis inuestitus es. Reprehendis vivendi rationem, quam præcepimus, quod præter consuetudinem sit, quod admodum tenuis, quod cibarijs pœrum comodis usus fuerim. Ego verò, ut à consuetudine incipiam, sicut longè ab his digrediō, qui cum Thessalijs consuetudinem negligunt: ita minus vobis consentio, qui ceteris ferè posthabitatis, omnem victus rationem ab usu desumitis. Cum verò utriq; decipiāmini, pluris tamen errorē vestrum facio, quo scilicet plurimi peri-

periclitantur : de qua re fortassis alias latius Nunc enim satis fuerit rerum capita perstringere: è quibus haud magno negotio Hippoc. & Galeni sententiam quiuis exploret, quorū etiam cōmentaria cōsulenda arbitror: atq; ea p̄fseritimi , in quibus de acutorum victu accuratissimè disputatum est. Eos sanè disquisitio eadem angebat : vt qui citra controuersiam in morbis curandis , ad insueta ægros deducant. Nam quis quæso consuetum victum permutari neget , si æger ad quartam vsq; vel septimam in integra inedia seruetur : vel si sola ptissima , aut ptissimæ succo, aut oxymelle regatur : vel si in molli strato noctes, diesque quiescat, exercitari suetus? Hæc igitur, atq; eiusmodi ægris præcipiebant : tametsi compertum haberent, magnam esse consuetudinis potestatem. Quod enim incommoda multa sequantur eos, qui consuetudinem repente permutant, longa disputatio monstrabat Hippocrates: seu cibum præter solitum capiant, siue ieiunent: siue insueta cibaria portionesque ingerant : seu exercitentur plus solito, aut quiescant. Necesse igitur erat , vt qui toties aduersus consuetudinem peccauerat, partes suas tueretur. Quod & facit ab ea libri parte , qua inquit, Pars contraria iuuanda est. Nam licet consuetudinis fautor præcipuus fuerit Hippocrates : ne tamen veritas multitudine argumentorū obtruatur, nodum hunc dissoluere enititur, breui sanè , vti assolet, & obscura oratione. Dixerat enim iam antea aduersus quosdam, qui consuetudinem ea ratione permutandam censebant, quod magna illi mutationi, quæ ex sanitate in morbum est, magnam quoq; in victu permutationem opponere oporteat : Veib⁹ eiusmodi, τὸ δὲ μεταβολὴν μη τὸ ἔχει μη ὁδίγος ὅθεως μέντος μεταβιβάσωμεν, τὸ δὲ μεταβολὴν. Εἴ τοι γε τῆς μεταβολῆς ἡ προσάργιος τῶν γενμάτων ἔτι μᾶλλον. Quæ commode sic vertas : Ipsum verò permutare , bona nō pauca nobis affect: dum tamen permutatio rectè fit: & ex mutationib. præcipue, quæ in ciborū adiunctione est. Quibus docet, tempestiuè victum permutandum,

Lib.2. Acut.

Lib.2. Acut.

præsertim si cibos adiçere est animus. Non multo  
verò postea plurima addit, è quibus satis liquet,  
quandónam permutatio consuetudinis necessaria  
sit: quando rursus, vt summum mālum, evitanda.  
Summa verò eorum, quæ sparsim ab eo dicuntur,  
iuxta Galeni sententiam, ea est: Permutandam sèpe  
in morbis victus rationem; neq; id verendum, mo-  
dò id tempestiuè fiat. Fier autem tempestiuè ea mu-  
tatio, siue maior, siue minor, quando in corpore  
quoque ægrotantis insignis aliqua mutatio facta  
fuerit. Hoc uno obseruato, ne repente (quantum  
tamen per velocem morbi motum licet) contingat.  
Sic enim minus sanè lædet. Quæ verò incommoda  
ex mutatione consuetudinis evenire dicebamus,  
omnia inde contingere ait, quod intempestiuè fa-  
cta sit, priusquam scilicet status ægri permutetur.  
Quasi (vt Galen. infert) commode fieri velit, cum  
in aliud statum corpus ducatur. Elos status expo-  
nens ipsem, quaternario numero comprehendit.  
Primus sanorum est, è quo ad Secundum, qui labo-  
rantium ad vigorem ysque est. peruenitur: Tertius  
ad morbi integrum solutionem terminum habet:  
Quartus demum conualeſcentium est. Manifestum  
igitur ex his, non esse eam consuetudinis potesta-  
tem, vt victum immutari prohibeat. Quanquam id  
verum sit, vt si per morbi vim concedatur, consuetus  
maxime sit utendum. Suam enim unaquæque in-  
dicatio potestatem habet: estque solertis medici  
officiui, validiores sectari, dum non nihil interim  
& exteris quoque satisfaciat. Neq; est quod mire  
Galenum tantopere in Therapeuticis libris, con-  
suetudinem efferentem: adeò, vt vim ipsius maxi-  
mam aliquando dicat. Ijs enim nihil aliud habere  
voluit: quam persuadere non esse negligendam, neq;  
temere omissendam. Similiter Hippocrates partes  
eas, quæ pro consuetudine sunt, multis argumentis  
tutatus est. Nam enim mos inualuerat consuetudi-  
nis omnino negligendæ: quod ex ipsius sanè verbis  
conijcere est. Nam quod lib. Therap. 9. Galen. ait

misi

*μεσίσιν καὶ χρησιάτην* viam habere eam, *όπερες θολικές* dici putandum est: ad eos scilicet, qui nulla ipsius habita ratione, & in victu praeципiendo, & in auxiliis inuestigandis aperte à consuetis desciscabant.

*Disputatio de acutorum victu, quod ad quantitatem, & qualitatem attinet. Comparatio item succi ad integrum pessanam: & ponderis ratio quæ coniungi posset.*

**R**eprehendis rursus institutum à nobis victum, veluti plus iusto tenuem, ac si inde ægram deficeret periculum sit. Quoniam vero tuam hanc sententiam, nullis argumentis comprobabas: si quidem autoritati tuae Galenicam obiecero, mirum ni vna & criminis, & iuspruditionis absoluas. Hippocrate igitur & Galeno arbitris, in aream descendamus, si liber: atque ab ipsis queramus, quanam via nihil (quod latet nota dignum sit) in victu delinquamus. Respondebunt (arbitrii) his verbis: Coniuste autem oportet, & fortitudinem & modum cuiusque morbi, & laborantis naturam, & viuendi morem, tam in cibis, quam in potibus. Quibus sane prima illa complexus est, ad quæ respiciens, quam minimum à iusto modo recedas. Cum enim modum morbi, ait, & speciem, & motum, & morem intellexit: per hominis verò naturam, & ætatem & temperamentum, tum naturale, tum acquisitum, sexumque, & habitudinem corporis comprehendit. Si quis itaque singillatim unumquodque horum consulat, satis vereor, ne apud probos medicos, plenioris victus potius quam tenuioris arguar. Cum enim ætatis fornicincliante iam proximæ corporis habitu subpingui, vixdum exacto Vere, cum iterum acuto morbo premeretur, mediocrique nutrimento insueuisse, foretque paulò plenius ijs diebus nutrita, quæ sane omnia tenuioris victus indicia sunt: cum rursus grauida foret, atque hinc uberiori eti victum exposceret, mediocris viuendi modus omnium col-

Lib. 2. Act. 2.

latione colligi videtur, sed qui tenuitatem potius respiciat. Et autem hic procul dubio per ptissanam. Sic enim de ea Galenus ait, in lib. 1. de Acutorum victu: ἀργιβός τὸ μέσον τῶν ὑπερβολῶν καὶ ἄριστον, per ptissanæ, inquam, mediocrem modum: hoc est, oxybaphi mensuram, eodem autore. Neque enim id quoque monere prætermisit, omnium bonorum nobis autor, quasi præfigiret, futurum aliquando, ut Barbarorum illuuiie abolita arte, omnia confusa, atque incerta forent. His positis, aut nī fallor, satis apertè monstratis, nempe quodd & mediocri victu vti debuit, quodque mediocris is demum sit, qui per ptissanæ oxybaphum: superest ut ostendamus, nihil in victu instituendo à nobis erratum. Posuit, ut supra diximus, Galenus quoddam veluti exemplum mediocritatis, vt pote qui quantitatem eam satisfacere ijs arbitraretur, qui mediocrem victum exigerent. Neque enim satis erat, si acutos morbos, aut per acutos, hoc vel illo cibarij genere nutriendos dixisset: nī & pondus, mensuramūe addidisset. Nos verò, quodd vestra diligentia, senes peritissimi, cum alijs plurimis artis instrumentis, tum parandæ ptissanæ modo careamus, coacti semper sumus ad eius succum confugere, modum augentes, ita ut pro ptissana nobis deseruiat: melius rati leuem hunc errorē committere, quam magno ægrorum damno ad deteriora cibaria confugere. Necessarium itaq; nobis erat, ut de succo ptissanæ, itidem exemplum aliquod apud Galenum inueniremus. Porro ipsum aliquando memini homini ferè iam defecto succi ptissanæ cyathos tres propinasse. Quam quidem mensuræ rationem ita supputare possuntus: Succi ptissanæ oxybaphum, quod mellī proportionē respondet, vncias tres & dimidiā pendere videtur: at cyathus vncias duas, duabus fermè adiectis drachmis. Quæ si vera sunt, iam sorbitionis eius pondus vnciarum sex cum dimidia ferè extitisse videtur: neque inuitus crediderim, Galenum id debita opera obseruasse. Oxybaphum enim ptissanæ sicuti du-

plam

plam nutriendi vim habet, ita & mediocris modus esse dicitur, cum tamen dimidium ferè pendat. Cōsequens igitur his quæ dicti sunt, circiter septimam vñciām, aut paulò infrā, eam mediocrem succi potionem esse. Quem modum licet nonnihil prætergressi simus, cum neque lethalē noxam inde ægram subitaram conficerem, volvi aliqua ex parte mortuus tuos effugeas: iatis gnatus, in acutis morbis, præsertim ita affecto corpore, non omnino certa esse præsagia salutis, aut necis. Hęc obiter de puissanze & succi, tum virtibus, tum vtendi modo sint dicta, quæ tametsi nū certi, sūmū præferant: fuerint saltem præludia quo oportet, è quib. a iās vel à nobis, si quando plus otii naçt erimus, vel clarioribus ingenij, hoc quoque medicæ artis caput illuſtretur. Nam cū maximè necessarium sit, hominum consideratione penitus excidit, nū hil que est quod æquè negligatur.

*Locus ex Hippoc. aphorismis : Intenui vietu ægris delinquunt. quo disputatur, an tenuis vietus magis periculosus. multaq; ex secundo de Acutorum vietu explicantur.*

**Q**uod verò adieciſti, Consilium Hippocratis tibi cordi esse, proinde horrere te viatum tenui. Quidam: iam locum non habet: quando monstratum est, quem instituimus, non modò tenuem dicā non posse, sed mediocritatem potius excedere. Cæterū res ipsa dignitatem dīgnā est: neque in errore adeò graui silendum iudico. Igitur quòd Hippocratem suspicias, vir præclare, consilium laudo. Nam quo, quæſo, autore securius morborum curationes aggrediaris, aut quo tutore alio calumnias æquè deuites? Sed vide, amabo, ne dum te Hippocraticum ſingis, Varignanas, aut Sauonarolas illos tuos oboleas. Meministin obsecro, eorum quæ nuper obieci tibi, cum ex Hippocrate locum illum citasses? legisse (inquam) me, ex eodem

autore, eiusmodi verba : Multo minus adiectione  
 vacare oportet. Nam & penitus auferre iæpe pro-  
 deit: porrò consulentis pleniorum vique quaque vi-  
 etum, verba ea non esse. Quibus aëditis, non secus  
 ac laqueo præpedita vulpecula, in eam tandem vo-  
 tem prorupisti: Num igitur contraria aliquando  
 sentit Hippocrates? Igitur loca hæc, quod etiam  
 num multorum animos perturbant, paucis exami-  
 nare est animus: haud profecto in tuis gratiam: quip  
 pe quem multo ante nostrâ fastidire, ac sinistro o-  
 culo spectare; non ignorem: Quanquam id mihi  
 omen haudquaquam infaustum existimandum sit.  
 Nam te latitudinem ( ut ex multis coniçere est )  
*κίτλα κακῶν ἔχει.* meque interim Poeta solatur cum  
 ait, *ὅπλον γάρ εἴπεις τὸν ἔχοντας.* Quantitatem  
 igitur nutrimenti, quam tutò ægro offeras, artificij  
 quadam conjectura est assequi, quod etiam paulò  
 antè dicebamus. Antiqui tutò nutries, si à recta vi-  
 uendi formula quam minimum distes. Quam e-  
 tiam adeò diligenter obseruandam voluit Hippo-  
 crates, ut ex ea vna omnem ferè saluandi ægri spen-  
 dere iudicet. Cæterum cõjecturam eam assequi  
*( inquit Galen.)* non vnicuique est æquè facile, sed  
 spectatis tantummodo viris, & qui natura prudentes  
 cum sint, in ea arte probè exercitati fuerint. His in-  
 quam, quibus non luxus, non laqueata domorum  
 tecta, non ingentia prædiæ cordi sunt: sed vetustissimæ,  
 & sanctissimæ artis decus, Galeni que, atque  
 Hippocratis, quibus ducibus effulsit, inclita me-  
 moria. Cum igitur eiusmodi viros monstrasse haud  
 facile sit, ægrorum pericula miserati, ambo verba ea  
 adiecere, quæ tibi modò proposui. Quæ etiam ad

*Lib. 2. Acct. 20.* eos scripta esse Galenus voluit, qui parum feliciti in-  
 genio existunt. Is itaque studendum ait, ut in nu-  
 trendis ægris, si quid per imprudentiam peccatur, ad parcitatem potius arreat: quod scilicet longa  
 obseruatione compertum habeant, exuperantias pa-  
 zere nonnunquam noxias inemendabiles: Contra,  
 si qua noxa ex parciore vietu subeat, facile emendari.  
 Nam

Num cùm primùm dilab. vites celeris, cibi exiguum  
 onerans, ægrum restitues. Hæc coniulie Galenus;  
 Quod etiam aliquando opere monstrialum scriptis Lib. i. os  
 mandauit. Cùn enim squalens ille, qui Thessalio- Ther.  
 rum initia eò deductus erat, vt vix oculos attolle-  
 ret: non dubitauit ramen atque cibo eò impecilli-  
 tatis deducere; vt velut lignum iaceat, ac v. x im-  
 pede[n]ce n sentiret: quod certus fotebat posse se, cùm  
 libuisset, paruo negotio vexam omnem tollere. Ah- Lib. i. Actus  
 b. taque Læsio (nquit) quæ ex inedia, neque adeo  
 velox est, neque ita euidentis, sicuti quæ ex cibo.)  
 Cæterum vii omnibus animo inhærent quæ dixi-  
 mus, non ab re fuerint, noxas recensere, quas ex ple-  
 niore victu euenire ipsimet prodiderunt. Si dolor Lib. i. Actus  
 magnus & continuus (inquit Hippocrate) homi-  
 nem habet, & sputum glutinosum, ni quis dolorem  
 vel secta vena, vel alii subductione soluerit, p[ro]ssa-  
 nam autem dederit, præcipitem ager in mortem.)  
 Quod verò de prissana ait, nemo dubitarit, de alijs Lib. i. Actus  
 quoque edulis intelligi debere, quæ prissana gra-  
 uiora sunt. Noxas igitur lethales, minus commodâ  
 nutritio efficit. Multos namque ægros repetiri. Ga- Lib. i. Actus  
 lenus ait, quos si ab initio nutrias, ante quartam 3. Epid.  
 præfocabis. Nonne vides Philonis filiam, cùm be-  
 neficio morbo laboraret, quod intempest uè cœna-  
 verat, perijssit? Cù n igitur tot, tantaq; immineant,  
 si quando in grauiore in orbo pleniore victu, quam  
 par erat, utamur: conulte admodum suadent viri  
 probatissimi, ubi quod adamussim conueniat, con-  
 iectasse non licet, ad te uem victum declinare: eius  
 namque noxas facile emendari. Quin & princ[ip]is  
 medicorum Aucenna, ut hinc rançem ~~salivam~~ canere incipiam, sententiam hanc scirssi n[on] uti so-  
 let, explicauit his verbis: Cùm ignoras morbi natu-  
 ram, tenuiore victu utitor. Quo loco ita meram o-  
 pe[ri]mi interpretis attigit, vt multis potius errandi  
 extiterit occasio: è quib[us] nimisrum & vos tenes estis;  
 tri mox monstraribimus. Cùm igitur Hippocratis &  
 Gaieni hæc proculdubio mens sit, supereat ut mod-

stremus, non aduersari his, quæ in libro Aphorismorum primo scripta sunt: In tenui (inquit) victus ægri delinquunt, ideo magis lèduntur. Quod autem magis lèdantur, in causa esse ait, errores gravius ferri: quo circa sententiam omnem claudens ait: Ob hoc igitur tenuis victus, atque admodum exquisitus, eo qui paulo plenior, magis ut in pluribus periculosus. Primum itaque memoria teneri velim librum Aphorismorum, rerum tantummodo capita colligere, quæ alibi demonstrata sunt. Quamobrem obscuriora sèpium existunt, ni quis loca, unde sententiæ illæ acceptæ sunt, ob oculos proponat: quod & hac parte contigit. Igitur Hippocratis tempestate peccabant tum ægri ipsi, tum medici, circa victus rationem, ut ex secundo de Acutis accipere est, quod intempestiuè inediā imperarent: aut rursus intempestiuè nutritarent. Nam cùm morbi ratione detrahere oporteret, adjicere cogebantur: vapore qui intempestiuè detraxerant. Sic Thessalij primis diebus corpora fame siccabante: postmodum aduentante iam statu, in quo ad tenuitatem vergeare oportuit, ad victimum pleniorē transfire cogebantur. Atque utinam nostra tempestate non adforent Diatribarij quamplurimi: tuque in primis, qui tanta tibi tribuis, eiusmodi calumniam effugeres. Sed ad errores de quibus in Aphorismo scribitur, reuerteror: Quidam per morbi acuti initia (verba sunt ex libro secundo de Acutis) come derunt: alijs quidem eodem die, quo laborare cœperunt, alijs postero: atque alijs quidem quod forte obvium fuit: alijs verò Ciceronem sorpserunt. Sanè hæc omnia deteriora sunt, quam si altero modo quis victimum institueret. Caterūm quæ tunc temporis peccantur, minus multo lèdunt, quam si quis primis duobus vel tribus diebus vasa integrè inaniuerit, mox quarto vel quinto victimum eiusmodi instituat. Hoc est, priusquam morbus maturus reddatur. Inde enim quarti & quinti meminit, quod status in valde acutis ad eos dies perueniat. Meminit quoque de his erroribus

bus eodem libro, ubi ait: Medicos autem video cōtra  
tria è diametro facere his; quæ oportet. Omnes  
enim uno ore iubent, in morborum initij per duos;  
aut tres dies, aut etiam plures inedia siccare lān-  
guentes: demum sorbitones pōtusque prēbere:  
Et rursus: Sunt igitur hæc magna alioqui testimo-  
nia, quod non rectè victus rationem laborantibus  
medici instituant. Sed in quibus ægris ibanire vasā  
non expedit, quod sorbitionibus regi oportet, va-  
sa inaniunt: in quibus vero non oportet ex vasorum  
inanitione ad sorbitones transire, in his transeung:  
Iam igitur manifesti sunt errores, quos committi vi-  
dit Hippocrates sua tempestate: qui iterum Galeni  
scatæ per Diatribas, Thessalo duce, inuecti sunt.  
Nec minus rursus apud nos teuixere: quod vnu-  
quisque videt: Nemo enim vestrum est, qui ad va-  
sorum inanitiones; atque ad pleniorum victum æ-  
gros quotidie intempestiuè non deducat: sed de his  
nonnulla alijs: Cum igitur visum sit; quomodo  
in tenui victu ægri peccent, quod scilicet ipsum in-  
tempestiuè assumant: videndum modò eodem au-  
tore, quo pacto error hic multò deterior existat;  
quam si in pleniori victu sit erratum: atque eò sit  
grauior, quod tenuior fuerit. Nam melius (inquit Lib. 2. Atq.  
ille) esse affirmo statim sorbitones propinare cō-  
pissime, quam vbi prius venas inanieris: postmodum;  
tertio, quarto, quinto, sexto, vel septimo. Compa-  
rare sanè volens errata in victu, ac docere; deterius  
esse: siquidem intempestiuè à tenuiore victu ad  
pleniorum transferas, quam si è pleniore in tenuio-  
rem commutatio fieret. Et alibi: Multiplex in ven.  
tre laetio sit, quando ex multa inanitione repente  
plus iusto aliquis offerat: estque nos a multo maior,  
quam si ex pleniore victu; ad vasorum inanitionem  
perduceres. Rursus: Ingens malum est, si  
quis ægro ob dolorem, aut morbi acumen imbe-  
cillo, potum, aut sorbitionem plurimam, aliudue  
esculentum propinarit, ob vasorum inanitionem  
imbecillum factum esse arbitratus. Turpe

quoque est, non aduertere cum, qui ob vasorum inanitionem laborebat, atque inde victus genere affligeret. Hoc enim erratum periculi nonabilis assertus sed longe minus altero.) Cum igitur in victu instituendo eretur, & quod intempestiuè inedia praecipiatur, & quia intempestiuè renutritur æger: prior tamen error damnum longe maius pariet. Jam enim

*Lib. Aph. 1.*

spertum est, quo magis statum versus peruenitur, eo tenuius victitandum. Hæc itaque sunt, è quibus Aphorismum collegisse videtur Hippoc. quem nimis

*Ibidem.*

miru opportunè adiecit. Nam cum paulò antè di-  
xisset, tenuem victum in acutis, in quibus nō con-  
uenit grauem esse: extremè vero tenuem omnino  
grauem, crederet non immerito quispiam, victum  
admodum tenuem; ab eo prohiberi: non aduertens  
eum ipsum interim scribere, Extremis morbis ex-

*Ibidem.*

qui sitè extremas curationes conuenire. ) Et rursus,  
Vbi morbus valde acutus est, tenuissimo victu uten-  
dum. Præcipere etiam, Vti nonnunquam ab omni

*Ibidem.*

prorsus cibo abstineamus.) Quare opportunè pro-  
fectio adiecit, qua ratione victus tenuis ægros offendat.  
Quoniam (inquit) in victu tenui errant. Er-

ror autem est, dum eumodi victus formulam cibi  
intempestiuè diligunt: quare magno postmodum  
detrimento ad cibos traduci coguntur... Atque hos  
eriores grauissimos esse dicebamus, eo maximè,  
quod circa statum committuntur. Recè igitur in  
calce totius Aphorismi colligit, victu exquisitè te-  
nuem, plurimum minus tutum, quæcum paulò ple-  
niorem. Si enim rari morbi sunt, in quibus circa per-  
iculum tenuissimum victum instituas: erit nimi-  
rum vel plurimum periculofior. Quare quanquam

*Lib. 1. Aph.*

& ipse exquisitè tenuis, quamvis rarius: attamen  
nemo temere hæc in morbis audeat: verum diligen-  
ter perpendat, nonquid ad vigorem usque cum eo  
victu æger perdurare posse: alios grauissime pecca-  
bimus, in statu cibum dare coacti, cum præsertim  
ex inedia vires collapse fuerint. Hæc sunt, quorum

com-

comimonefacere voluit suę etatatis medicos Hippocrates: pericula sanè monstrans, quæ instant: ni quis & in quibus conueniat, & quo tempore conueniat, diligenter præmeditetur. Dubitabit fortasse aliquis contraria scribere Hippocratem suspicatus. Nam secundo de victu acutorum, periculum ægro minatur, si in morbis nonnullis paulò plenior diæta instituatur. Rursus in Aphorismis, lectionem asserit victus paulò pleniorum. Iterum eodem libro, noxam quæ ex parciore victu, corrigere facilem, scribit Galenus ibi verò grauius errari ait, in tenui victu. Quod si noxa quæ ex parciore victu, circa statum sentiatur, cogeris vires cibo reficere: quod sanè graue damnum paulò antè iudicabant. Ad hæc in hanc modum fiet satis. Victus tenuissimus non nunquam necessarius, sed rarius: id est raro periculo non vacat. At si interim cum victu utendum tenuissimum est, vitrum ubiorem quis paret, noxas maximas perpetrabit. Sicut et verò tenuissimus victus, quod raro periculo vacet, non nisi præmeditatè instituendus: ita si quando mediocri quopiam victus genere sit utendum, neque exactam illam viuendi formulam quis satis norit, minus profectè peccabit, si à mediocritate in parciatatem inclinet. Quæ verò secundo obijciebantur, facile diluuntur. In aphorismo enim de victu eum tesui, tum tenuissimo intelligunt, quem toto morbi tempore, ad statum usque instituunt. At libro secundo de acutis, si quando, inquit, in eo victu, qui (exempli gratia) tenuis recte præcipitur, paulisper ad id, quod tenuis est, te convertas: facile si qua noxa subeat, emendatur, cum primùm vires dilabi senseris.

*Locus ex Libello de ptissana: simulque eius vires.*

*Comparatio iterum ipsius ad cetera edulia, & ad aliam priuatim: de qua nonnulla obiter.*

**S**uperest ut de ptissana nonnulla dicamus, quam improbabas, quod insueta est: quodq; vbi astrin-

# LEONARDI IACCHINI

Ita aliud sit, nascere possit: qui rei Galenum testem  
affers. O igitur exercitatum senem (nam à postre-  
mo hoc cœpisse iuuat) ò naturæ peritum. Videamus  
amabo, quanta euentus differentia sit, quamuis  
ijsdem præceptoribus vñ sint, atque ijsdem lectio-  
pibus versati? Quid veteres autores euoluisse iuuat,  
malè affeetas mentes? An ponis plus damni,  
quam lucri exportabitis? Sic enim consuevistis,  
vt subobscuras vel vitio interpretis, vel præ breuitate,  
sententias exquiratis: quo clares viros peruvicaciam  
yestræ, & mendacijs testes adscitatis. Attamen de-  
cuit philosophos, nullo etiamdum præmonstrante,  
probè nosse, p̄fisanam omni astrictione carere, de-  
tectoria vi præditam facile descendere. Hoc tamen  
si libet, Hippocratis quoque & Galeni autoritate  
comprobabo, qui p̄fisanam lubricissimam, vi de-  
tectoria præditam, atque in acutis morbis saluber-  
rimam scripsere. Quibus sanè dotibus cremorem  
ziunt integræ p̄fisanæ præstare. Si igitur astrictam  
aluum tantum abest ut p̄fisanalædat, quia potius  
iuvet, ac leniat, videndum quid sibi Galenus colo-  
co voluerit. Fecerat sibi (vt arbitror) sive Galenus,  
sive alius Galeni nomine, às aq[ua]r[um] comen-  
tariolum, quo breui capita eorum, quæ de p̄fisanâ  
scriplerat Hippocrates, complectetur: nos qui ad  
editiōnē exornatus foret. Scriperat igitur an-  
tiquus autor primo de Victu, in hunc modum:  
Quibus cibus statim inclusus est, si quis non vacua-  
to eo, sorbitionem dederit, dolorem si adest, auge-  
bit. Paucis deinde interiectis: Si quem, inquit, nu-  
per cibatum, ita vt nondum aliud deiecerit, febris  
prehendat, à sorbitione tantisper abstinentem, do-  
nec ad infernas intestinorum partes cibum descen-  
disse conieceris. Quibus nimisrum nos monere  
voluit, cibum haud tutò offerri, præsertim in acutis  
morbis) ni summa aliud aut sponte, aut medici o-  
pe vacuareddatur. Quod si valde acuti morbi fue-  
rint, non modò ventris vacuationem prære ciba-  
tionem præcipit: sed & generosa omnia præfidia,  
p quo

I. de Vict.  
Act.

**S**equo morbum egere iudicas. Ait enim: Si lateris dolor continuè angit, & ad calfactiorum vsum non remittitur, neque sputum procedit: sed extrémè viscidum est, & incoctum: ni quis dolorem vel secta vena, vel alui subductione soluerit, ptissanam autem ita affectis dederit, præcipitem ageret in mortem. Rursus paulò antè: Qui ptissana vtetur, ab vsu eius non desistat: ni vel ob medicamentum, clismaue desistere oporteat. Quod autem de ptissana ibi ait, de omni quoque edulio dictum esse Galenus creditit. Accidunt (inquit) hæc non modò si quis ptissana intempestiuè vtatur, sed multo magis, si quid ptissana deterius ederint, vel biberint. Quod vero liber ille de Acutis, tantummodo loqueretur: idèò de ptissana præter cætera meminit. Quare si his qui nil sponte deiiciunt, ptissana interdicit, iejunare eos perpetuò oportuit: ab alio namque cibarij genere offendentur magis. Qui enim pane aut alica nutrunt, ptissanæ beneficijs carent: è quibus illud profectò maximum, quod è ~~lacte~~ ~~lacte~~ sit, facile que descendat, atque vñà biliosa excrementa, mediocrem que pituitam deterget. Hæc aliea effice re nequit, vt pote que visciditate meatibus inhæreat, tardeque descendat. Itaque experimento comprobatur, vim emplasticam, potius quam detersoriam sibi inesse. Nam enim confectionem ipsius, & vsum sati edocti sumus: notaque est bigrana illa Zæa ex qua conficitur: eamque pridem Petro Victorio viro de literis optimè merito, mihi que charissima, non sine ipsius voluptate, monstrauit.

Cæterum de his plura fortas-

se, quam par erat.

*Astringentia febricitantibus inimi. a esse, falsoque  
dici putredinem personare. Rursus de acidis, &  
corum natura: quo loco de aceti v̄su, viribusque  
nonnulla. Demum de pestilentis febre, quans  
tumque in eius curatione iuniores decipientur.  
Loci nonnulli tum ex libro de natura humana:  
tum ex eo, qui de optima corporis constitutione  
est, explicantur. Quædam etiam ex lib. The-  
rap. II. & libro de Febrium differentijs, obiteq;  
declarantur.*

**I**gitur in censum veniant modū, quæ tu quasi vti-  
lissima proponebas. Laudabas granatorum suc-  
cum, quod natura refrigerans, quod caput minimè  
tentet; quod sanandæ putredini idoneum: quam  
sententiam Apicennæ autoritate confirmabas. Por-  
tò ad adeò grandem, atque adeò vulgatum errorem  
quis committat? Iam enim non èdunt taxat de-  
nere medici, ut acida offerant: sed ea quoque, quæ  
non levem acerbitatem obtinent, quale ompha-  
cium, & Medica mala, & multa prunorum genera.  
Artamen in eo libro quem paulò antè versabamus,  
ea quæ exasperant, Galenus febribus nocere ait: ea  
sunt acris, acida, astringentia: neque quempiam a-  
stringente vti cibo, nivelsymptoma, quod animi  
deliquium afferat, vel immoderatum alii profu-  
uium urget. Esto igitur consilium autoris ignobi-  
litate apud vos nullius precij: at demonstrationum  
robur nullus contemnet. Quæ (inquir) astringunt,  
corpora densant, viasque & alimenti, & distribu-  
tio-  
nis occludunt, quas referari oportuit. Portò si quan-  
do ad inhibendum animi deliquium astringente a-  
limento vtatur: vt si in acutis morbis bilis fluxione,  
ps ventris affligitur, scire licet, medicum tantisper  
aduersum symptoma pugnare, sicuti nonnunquam  
calida vina propinat, quod aduentanti iam syncopæ  
occurrat. Ceterum yetus dubitatio est, ob quam  
pluri-

plurimi eò sentientia deuenere, uti crederent, putredinem vniuersam, priuatim verò quam pestilentiæ appellant, frigidis, siccisque persanari: acidos, acerbo que succos, atque omnino astringentes, in eum usum comparantes. Sunt qui poma ipsa eius præbeant, atque eò à mortis peticulo securiores putent, quo quis plura ingesserit. Atqui nullus horum pœnituisse vñquam lese, sacrosancte iurant. Nam quid quæso (iunt) a quæ putredinem tollere potest, ac frigidum siccum unctum? Vrpoque quæ calido, atque humido, præcipue gliscat. Rursum acetum, febricitantibus magno usui esse videtur, nullusque ex veteribus eo non vtitur: quare neque itidem acidos succo prohibere oportuit. Quod enim de astrictione febribus aduersissima obijciebas, in acidis nimirum locum non habet. tantum enim abest ut astringant, ut dissecare, atque altè penetrare possint. Quibus ut fiat satis, sanande putredinis scopos pauperrim considerare est opus. Sunt igitur ij, vacuatio, & concoctio. Nam cum humores putrescant, multo corruptionis modos adiuenire est: Primus eorum, quæ illa corruptionis peruenere, ut corrigi villo pacto nequeant: atque ea omnino abijcere expediat. Facit id natura sponte sua, effluxu sensili, vel insensili: diductis nimirum impedimentis corpus expurgans. Cui sanè operi & medicum fauere oportet, tum vias referando, tum proritando, siquidem proprij muneris obliuiscatur. Ideo ab initio tertianarum febrium, apium potionibus Galenus incoquit. Ventris iterum dejectionem, vomitumque priorit, quoquò versu natura vergat. Sunt secundo Ioco succi, qui adeò vitiati sunt, ut promptissime putrescant: neque eò deduci ab innato calore queunt, ut alimento esse possint. At possunt interim naturæ prouidentia plurimum prauritatis exuere, reddique mitiores, quò impellenti naturæ obsequantur. Quod si quid adhuc minus vitijs admisit, poterit vbi malitia evicta fuerit, alimento esse. Fauemus hinc naturæ operi, cum probi succitibos offerimus, cum

*Microra-  
chne.*

*Apb. lib. 2.*

*I. ad Glanc.*

putredo calori obuiam imus, cum corpus undeque perfluum, & perspirabile reddimus. Inde enim qui innatus est, vires assumit. Haec omnia abunde. Therap. tradita sunt. Usus vero astringentium in hisce naturae operibus eatenus opem ferre potest, ut potius impediatur. Primum enim vacuationes omnes remorantur: Dehinc meatus seu sensiles, seu insensiles, qui tota carne cuncteque funduntur, connuere faciunt: demum concoctionem qua ratione iuuabit, quod calorem innatum non souet, quinimmo qualitatibus aduersum est? Humida enim non squalens innati calidi natura est. Acerba igitur, & omnino quacunque astrictoria vi praedita sunt (in quo sanè genere austera comprehendimus) febribus, præcipue putridis, inimica esse putandum: quanto magis ubi non putredo solum, sed pestilens.

*Ibidem.* putredo inuasit? De acidi vero natura meritò dubitatur, quod vis eius fit penetrare, & dissecare corpora: est enim ipsius consistentia tenuis. Insuper non recte videtur acidum exasperantibus adnumerari. Nam quod exasperat, omnino astringit & densat. Itaque sensus quoque monstrat acerba & austera, linguam exasperare, non acida. Dicendum acidi saporis naturam frigido constare. Frigidum vero

*Mosse. 3.* Aristoteles εύραγος καὶ εὐνερπός appellat. Amplius, fructus (quod sciām) omnes, quos acidos dicimus, satis apertam præse ferunt acerbitaris, aut austritatis notam: neque id præter rationem: ex acerbo enim aut austero, nuper prodijt acidus sapor, dilutione quadam (quanquam & corruptione proueniire soleat aliquando) id in omphacio præcipue, non parum quoque in granatorum succo reperire est. Quod & Galenus testatur, qui vniuersim astringente vi participare ea ait, quanquam minus ceteris dulcia. Demum tantam habet cum austero & acerbo cognationem acidus sapor, ut vix unquam ab ijs absoluī reperiās. Neque audet Galenus intenui plantarum adeo numero, aliud quād oxylapathum, & oxalidā pro exemplo proponere.

Quar-

p. de Viet.  
Acus.

4. de Simp.  
modic.

*Ibidem.* putredo inuasit? De acidi vero natura meritò dubitatur, quod vis eius fit penetrare, & dissecare corpora: est enim ipsius consistentia tenuis. Insuper non recte videtur acidum exasperantibus adnumerari. Nam quod exasperat, omnino astringit & densat. Itaque sensus quoque monstrat acerba & austera, linguam exasperare, non acida. Dicendum acidi saporis naturam frigido constare. Frigidum vero

Quanquam si verum fateri velimus, neque oxilapathum ipsum omnino acerbitate careat. Est autem Simp. tem alia omnino planta, ab ea quam oxilapathi nomine Dioscorides descripsit, pemora & umbrosa amans, caule sesquicubitum alto, folijs quatuor aut sex in terra sparsis Arisato similibus: Sapore vero ceterisque notis oxalida, quam acetosam vocant, imitantur. Quod vero obijcitur, non exasperare acida, verum fortasse fuerit, siquidem mere acida sint, neque aliam qualitatem immixtam habeant: quanquam nec si quoque id vitio omnino effugunt. Quae enim densant, coguntque corpora, statim & exasperant: quanquam non quemque, ac ea quae sui crassitudine inæqualem quandam astrictionem efficiunt, neque altè penetrant, cuiusmodi acerba sunt, & austera. Tamētamen penetrare quoque, nulli ex frigidis nota dignum adest, aceto excepto. Quamobrem inter acida, acetum minus obicitur. Neque ipsum quoque noxa vacat ob acritudinem, quam sibi asciuit. Quocirca suader Galenus oxymelit esse utendum, quod scilicet aceti mordacitas mellis lenitate obducta perdometur. Quod vero Auctenaz testimonio partes tuas iueris: missis primis multis que in capite de febribus pensa digna fozent, id unum solummodo attingant, quod maxime ad nos pertinet: Num scilicet in curatione pestilentium febrium astrictorijs utendum sit. Hoc enim velut omnibus ratum tibi sumptuisse videtur. Præcipue ob rationationem eam, que de putredine variuersim monstrabat: siccantia inquam & refrigerantia, putredini aduersa esse. Huic quoque Galenus fauere videtur, qui in grandi illa pestilentia, glebae Armeniae potum apparet salubrem fuisse affectat. Est autem ea frigida siccaque, sicuti & terra omnis: proinde & astringens. Præterea in libro de hymania natura præcipit Hippocrates, ut in pestilenti constitutione corpus quam solidissimum pares, utque minimi aeris admittat: ita n. minus ambiente levatur. His additæ Gel. autoritatem, qui in libro de

1. P. 8. Acet.

cap. de terra  
temaria.

Optima corporis const tutione, eos dicit, ingruen-  
tibus extrinsecis malis, plus esse obnoxios, qui ha-  
bitu corporis rarioe fuerint. Sunt autem e us ver-  
ba eiusmodi: οὐταλινὴ τὸς ἐξωτερικοῖς ἀνατομῆ-  
ποτε αἴρασθε εὐκλωτό. εγος, τὸ τύχοντες διατάσ-  
σεσθε. Quare satius fuerit in pelti lenti aere verlanti-  
bus corpus densare, quam rarefacere. Primum igit-  
tur ratiocinationem eam, quæ à natura putre in  
desumitur, diluamus. Quod itaque frigida, siccacq;  
corpora minus putrescant, nulli dubium. Quare  
quæ extra animalis corpus in libero aere Boreæ ex-  
ponuntur, diu putredinem non sentiunt. At in ani-  
malis corpore, qui fieri queat, ut ad motis astringen-  
tibus incolumente permaneant? Ita enī transpirant  
minus. Igitur putredinem potius accersunt, quam  
possint repellere. Quamobrem neque in prævisio-  
ne locum habent frigida siccacque: siue extrinsecus  
corpori admoueantur, seu intrò assumantur. Neq;  
iterum putrida corrugunt: nam hæc à corpore abiici  
oportet: modò illa potius remorantur & cohibent,  
vti dicebamus. Non igitur eo exemplo, quod Gale-  
nus undeçimo Therap. posuit, corpora Boreæ expo-  
nere suademus, & omnino frigidis, siccisque vti.  
Quinimò abiecto eo, quod in corpore computavit,  
concoctionem reliqui procurare. hoc autem faci-  
mus maximè cum transpirationem molimur, qua  
sanè calor innatus gliscit, & fouetur. Quod si libero  
aeri animalis succos exponere liceret, ianum frigi-  
do, à putredine præseruarentur. Gleba vero Armen-  
ia, tanquam sic cum medicamentum, ad multa vti-  
lis est, neque mirum si siccitatis etiam ratione ad fe-  
bres pestilentes utiles vtilem sentiunt: omnino enim  
quæ putrescant siccari postulant. Aut potius latente  
sua vi venenata illi putredini occursat. Quod vero  
refrigereret, aut astringat, neque sensus monstrat nec  
Galenus scribit. Locum vero ex Hippocrate in libro  
de Humana natura, dum ambiguitates temere equi-  
tant, interpretes corruperunt. Disserebat ea parte de  
morborum origine, atq; alios ex victus ratione: alios

ex

ex ambiente nos aere produci scripserat, cùm modum præscribit, quo sese unusquisque à vulgaribus morbis tueatur, his verbis: Corpus autem ut minimè turget, sitq; maxime imbecillum, curare. Quæ verba cùm suspecta forent (neque enim animo concipere poterant, quid ad salutem conferret, Corpus reddi imbecillum) pro verbo illo ~~advertisator~~, legis prior interpres ~~coenotator~~, transfertq; Quàm solidissimum. Rursus posterior, cùm de aere, qui inspiratur, sermonem faceret autor, Studendum inquit, ut quàm minimum aeris inspirent, cumque peregrinissimum: dictione commutata, ~~advertisator~~ legit, Quàm familiarissimum, interpretatus. Tanta potest hominum audacia. Res igitur sic se habet: Præcipit Hippocrates, Inedia corpus siccari: moderatè tamen, & quantum per sanitatem hæc. Ita enim verba audire oportet, alias insalubre præceptum ficer. Quod autem dicit maximè imbecille, intelligit iuxta eandem intelligentiam, ut calor & sanguis non abundant, sed plus solito immittantur. Quod tamen ~~est~~ fieri vult, ne corpus ægrotet. Solent enim repentina illæ mutariones noxas parere non modicas. Si enim (inquit) tali habitu reddatur, aeris inspiratione minus egredit. Aerem vero maximè natura alienum, & peregrinum vult eligi: locum, in quo morbi vigent, permutari consulens, utque ad salubriores aerae te conteras. Quod vero postremò ex libro de optima corporis constitutione obiiciebat, minu nos perturbat: quinimò perpetuò verum est, quod infert, Corpora, inquam, ea optimè degere, quibus in raritate, & densitate medicis est habitus. Porro si eum ratiorem reddideris, extrinsecis occursantibus feceris obnoxiam: calori, inquam, & frigori, alijs que qualitatibus, quæ sensum latent. Si densiorem, putredinis periculum instat. Si igitur morbos præcauere est animus, iam habitus corporis ita conformandus erit, ut modicè in raritate & densitate se habeat. Ita enim non adeò ambientis & prætitate tentabitur. Quod si qua putre-

do subeat (neque enim inspirationem infesti aeris  
in pestilentii statu omnino effugere licet) quod o-  
ptimè trahiparet, non ita vehementer fuerit: facile &  
si quid corruptum est, tam sensili, quam insensili ef-  
fluvio absumentur: Atque hoc est quod in libro de  
Februm differentijs ait, Officium medici, pestilente-  
s febres praecauentis, esse *arctis et loq. n. iuxta pectora*  
*et os sua* efficere: quibus si addas ex libro de Huma-  
na natura: Studendum ut quam minimum aeris,  
eumque quantum fieri potest peregrinum, inspireret,  
optimam profecto præcautionem ad pestilentes fe-  
bres institueret.

*Qua hora cibare aegros opportunitati sit tum in actis  
tum in longis. Errare etiam qui in crescente  
febre aegros nutrunt. Neg. ullam esse adeò longa  
gam accessionem, in qua nutrire cogaris: idq; in  
omni natura. Postremò de grauidorum victu dis-  
putatur:*

**S**ed iam tempus admonet, ut de hora offerendi  
cibi nonnulla dicamus. Neque enim te modò;  
verum & quos hactenus noui, omnes (exceptis A-  
cademiz alumnis) grauiter errare scio: Id est, quod  
si quando febris inclinationem, paulò seitius fore  
conicritis, veriti ne dum mitior hora expectatur, in-  
teriori aeger deficiat, in crescente calore cibatis: satis  
super que factum arbitrai, si principij & vigoris no-  
xa evitetur. At magnus ille Hippocrates proflus  
t. de Vict. contraria docuit: Tempus, inquit, offerendralimeti  
alcul. plurimi faciendum, præcipue in acutis: quoniam  
etrores in his periculum afferant: eorum namque vi  
multi necantur.) Porro homo ille cuius nomen pri-  
mo Epidem: subtricit, mortem obisse Galenus iudi-  
cat, quoniam negligentius cœnauerat. Iterum li-  
bro 4. de Acutis: Artis quæ victum instituit maxi-  
mè interest, intentiones & remissiones februm ca-  
ptare & obseruare, tam in acutis morbis, tum in  
longi-

longis: ut tempora in quibus cibum dare non licet,  
 caueamus. Quænam igitur, inquies, opportuna  
 hora est acuta febre laborantibus? An cum calor ad  
 pedes descenderit? Cum, inquam, pectus, & venter, Lib. I. &c. 2.  
 & omnino quæ in medio corpore sita sunt (quatenus febricitanti licet) moderatissimè se habent. Neque ergo in febrium initijs, neque in incrementis cibandum: idque optimaratione. Is enim qui tunc viget calor, non modo concoquere natus non est, verum putrefacere potius, atque exurere. Est enim bene temperatus humidusque concoquens calor. Quod si quando apud Galenum legeris, febrilem calorem concoquere, ~~ταῦτα μηλαφέα~~ dictum esse scito. *I. Aphor.*  
 quis igitur adeò demens fuerit, ut eo euincente, cibum offerat? præsertim cum circum præcordia debacchatur. hæc ferè Galenus: quibus monstratur incrementi horam æquæ cum vigore ipso per timescendam. Cæterum præter hæc, aperte inclinationem febris expectandam, voluit Hippoc. lib. ii cum ait: Tempus sorbitonis esse, cum calor ad pedes descenderit. Et rursus lib. 4. ubi aliam quoque inclinationis notâ adiecit, dicens: Vbi omnia quietescunt. nam si alio tempore dederis, pernicioса erit. Galenus quoque in Acutis, inquit, Ob imminentis Lib. 6.  
 nouæ accessionis discriminem, sat fuerit obseruassr, ut *Acvt. 4.*  
 calor in pedes descenderit. Sic enim inter pretor ~~ταῦτα μηλαφέα τὰ θερμά ἀσ τὸς πόδας.~~ At in longioribus melior remissionis pars expectanda est. Instant aduersarij, ac durum videri aiunt, si quando quiescat inclinatio nimis longè absit, renutritionem eosque differre. Pone enim prima hora æquinoctiali prehendere, inclinare vesperi, & vix nocte media cessare: quis, quæso, adeò audax in hanc usque horam ieiunium seruet? Quod si pluribus diebus ita facere cogaris, quod si grauidam cures, aut alia ratione minus validam: non modò audax facinus, sed extremæ dementiæ fuerit. Dicimus, magni rescrre, *Lib. 10.* in quo quis morbo, quâue in natura versetur: ita ut *Ther.* nonnunquam longiore abstinentiam vereamur.

1. de *Vit.**Acut.*10. *Ther.*22. *Ther.*11. *Ther.*3. de *Cris.*4. de *Vit.**Acut.*12. *Ther. ad**Glauc.*

alas ne tridui quidem inedia nos deterrebit. Nona  
ne Galenus quosdam vigente adhuc febre nutrien-  
dos censet? ne scilicet longiore inedia in syncopem;  
aut torridum marasimum dilaberentur. talis profe-  
cto erat eius temperamenti natura; ut ad suspicandum  
foret. Ipse quoque fabrica tanti qui syncope per-  
richtabatur, panem ex vino exhibet: Non, inquit;  
quod affectum curemus, sed quod imminens per cu-  
lum evitemus: huc enim morbi species impeditebat:  
De indicatione vero quae à cōuetudine, exemplum  
positum non reperi. Ne que enī in tantā eius vis est;  
ut praeuertere tempus opportuni nos cogat. Quan-  
quam ipsius quoque, ubi reliqui scopis non est lo-  
cus, velut in synoche, ratio habenda est. Vrum has  
ratiō inuenire est: quo sit, ut uniuersale illud prece-  
ptum non vitiet: in accessionum initijs atque incre-  
mentis admodum lēdere cibus potest. Si quando-  
enim ex pmo virtutis scopo in ipsa accessione ci-  
bus dare cogimur, attramen inclinationem saltem  
expectamus. Rursus de accessionum natura dispu-  
tans: Nunquam, inquit Galenus. hoc tempore ci-  
bus damus: sed quierem, si eius naturae febris sit;  
vti expectari possit, expectamus: sin minus, inclina-  
tionem. Atqui verissime est, non latuisse hos viros;  
multarum febrium accessiones longas esse, multis  
enim eiusmodi describunt. Videris igitur, viri soler-  
tissimi, quantum præcepta maiorum prætergressa-  
sis, qui neque in simplicissimis quoque tertianis  
abstinetis, quod minus ægrum adhuc calorem nu-  
triat. Tanta atate nostra βασικα irrepit? Atta-  
men nihil est quod intempestuē cibare nos: exce-  
pto grandi virium lapsu; quem syncopem vocant:  
Neque vila est adeò longi excessio, quam præterire  
sine cibo non liceat: his exceptis corporibus, quæ  
quod citè dissoluantur, alimenū desiderant. Quan-  
quam & in his turpe est, medicum isthac non præ-  
uidisse: siquidem ab initio ægræ curationem susci-  
piat. Nam priusquam febre corripiantur, virium pro-  
videntiam habere oportuit, Galeni exemplo Hie  
enim

enim aliquando ; quamvis ut Theſſaliorum error 10. *Theſſal.*  
 deprehenderetur, cibādi occasione omissa, febre jam  
 correpto cibum dederit (hot enim semel commit-  
 tere letale non erat) pōſtmodū tamē accessionis  
 horas praeuenit, quod facere antea conſueuerat:  
 Quare neque hīſte naturis clāudicāre ſententia ea  
 videtur, Non eſſe, inquam, in accessione cibandum.  
 Verū si aut per imprudentiam, aut quia tunq; pri-  
 mū ægro occursas, inexpectatō accedat febris, fit  
 que eius naturæ æger, quæ in diām tolerare ne-  
 queat, in accessione quoquā cibū dare non verea-  
 ris: nempe ut maius malum deuites. Quod si iu-  
 niorum testimonio delectaris, nonne illi medico-  
 rum cephā Aulicenna, notha Tertiā effēctus alter-  
 nis diebus cibum dare ſuadet? non alia ſanè ratione;  
 quām quod accessione ea longius protrahi ſoleat, ve-  
 litque ægtum à febre liberum nutrire. At grauida  
 erat, inquires: proīde verisimile eſt, non nūcore af-  
 fici noxa quām picrochola corpora, quæ ſanè diſſo-  
 lutione pericitantur: multum enim lauguuius in  
 eo ſtatu abſumitur. Ut igitur nodum hunc diſſolu-  
 mus, an iniaducrtere oportet quæ Galenus de fœta-  
 rum viētū ſcribat: Mulierēm, inquit, grauidam capi  
 acuto morbo letale eſt. Ex longis enim interuallis  
 cibum dare (ita enim morbus exigit) abortū periculum eſt,  
 alimenti defectu pereunte. Quod si ut  
 fœtum ſeruemus, cibum ſepiuſ dare non verebi-  
 mur, febres continuas vietu intemperatio augentes,  
 matrem necabimus. Statim enim quiſpiam ex Ga-  
 leno queret; Quis ſiat, ut syncope imminente, aut  
 præſente, nullo non tempore nutritre liceat, neque  
 inde letalis noxa timetur, in prægnante non liceat?  
 etenim non licere, verba ea demonſtrant: Si ut fœ-  
 tum ſeruemus, cibum dare non verebimur, ægram  
 necabimus; febrem augentes. Ad hæc repondebit  
 (arbitror) licere an his quæ præ ſuccorum tenuitate  
 syncopen facile incidunt; quoquis tempore cibum  
 dare; ſi quidem ex insperato contingat: præcauiffe  
 tuim ſympathia longè melius erat. Quod si ſepiuſ  
 b b

2. Aphor.

hoc committatur, vbi acuta sit fôbris, prorsus letale fuerit: nam lib. 12. Therap. ait, insanabiles eos esse, si vires inualidæ sint, & viscerum aliquod phlegmone capiatur. Itidem de foeta laborante acuto morbo dicamus. Si enim vires minus valeant, necesse erit vel ipsam alimento, vel fortum inedia confici. Idcirco letale dixerim, grauidam mulierem acuto morbo vexari. Letale, inquam, quod plurimum: sunt enim succulentæ quædam, & largiore antea victu visæ, quæ in breuiore morbo quam minimū tenuiore victu lœdentur, neque prima profecto ratione, nec fœtus. Nos igitur non hanc modò, sed non paucas quoque præter hanc conspeximus ex acuto morbo evasisse. Nec leue exemplum est tolerationis ægra illa, cuius 3. Epidem, mentionem habuit. Quod si ex tenui victu abortiri periculum est, ex pleniore verò mulierem interire: quid quæso præligeret præstat? An mulierem custodire? nam si hæc intereat, ambo petire necesse est. Quare in victu prægnantium cum vtrinq; discrimen immineat, indicatio potius, quæ à morbo acuto est, inseruire expedit. Sed hæc de victu satis.

*An in prægnante sanguis mittendus. quo loco Appos rismus explicatur. De puerorum quoque natura nonnulla obiter. Rursus, cur putredo venens se cari suadeat. Locorum ex VIII. & XI. Tber. comparatio, & explicatio. Colligitur in omnibus putridis, nostra præsertim etate, utilissimum esse mittere sanguinem.*

**I**Am enim de præsidij: loqui tempus admonet. Tu igitur admiraris, quasi res monstrosa mihi in mente invenierit, cùm de sanguinis missione consultabam. Neque enim videri consuko opus esse in his, quæ veteres prorsus reiecerunt. Ego vero pacato iam animo mihi dicas velim, num tu aliquando renam vtero gerenti secueris: aut fastidem alium id circa discrimen fecisse resciueris. *Nos profecto (quio quid*

quid tandem respondeas) plurimas vidimus, multas videre amici, vel Pleuriti, vel Pulmonia, vel Angina, aliisque quopiam acuto morbo correptas, non modò abortum percessus non esse, sed evidentissimam utilitatem ex vena secata sensisse: iisque non in primis mensibus modò, quo tempore ratio ipsa, & Hippocrates, minus periculi iniminere fatentur: *lib. 5. Aph.*

sed sexto mense & septimo, cum foetus grandior existat. Neque id nunc facere renuebam, verbis Hippocratis perterritus: aut quia mihi persuadeam sanguinis missione in hisce corporibus omnino euitandam (quoniam cautius multò id fieri oportet) sed quia iam videbatur ad consistentiam morbus properare, natura morbi causas mox evincere, quod scilicet in urina, aperta & constantia coctionis signa apparerent. Non itaque maiore auxilio opus est videbatur, quod periculo eximeretur. Artamen veteres prægnantem misso sanguine abortiri aiunt. Respondeo: Non decet sapientes viros nudis verbis moueri, ubi rationem quoque vestigasse licet. Ea proculdubio est, quoniā alimento destitutus foetus, & interit: ob quam sanè causam victum tenuem, non sine periculo prægnantibus obseruari aiunt. Ceterū sicut in breuiori abstinentia, dum reliqua consentiunt, nihil est periculi: itidem nec in parca sanguinis detractione, cum cetera suadent. Cur verò simpliciter pronunciarit, grauidam misso sanguinem abortum pati, paucis exponam. Sanguinem mittere, non secus ac unumquodque aliud auxilium, magnam pluris & minoris differentiam habet: venam enim secat, & qui selibre pondus haurit, & qui semi libram: quam etiam exiguum detractionē plurimi ita ferunt, qui ne librā quidem detrahī absq; noxa tolerarent. Cum itaque antiquis medicis de vena secanda sermo est, scribuntq; corpora quædam eam admittere, quibusdam verò negari: eiusmodi detractionem intelligunt, quæ nota digna sit, quam nimirum sanguinis missione, iure dicas. Illas enim adeò parcas, immò exiguae detrac-

Etiones, quibus vulgo medici nostri vtuntur, ne sacrificationis quidem nomine dignati forent, vt ex mensuris, quas aliquando pro exemplo ponunt, coniçere est. Quod verò hæc Galeni & veterum meps sit, inde coniçci potest in libello de Sacrificatione, Inutile (inquit) est bis per annum venam se-care: prohibere tamen qualemcumque sanguinis detractionem non decuit, qui eadem quoque die iterari venæ sectionem aliquando suadet. De integris igitur & effatu dignis vacuationibus necesse est dixisse. Si igitur ætas & corporis habitus, virtusque qui præcessit, vna & cœli status consentiant, quis dubitabit, obsecro, prægnanti sanguinem mittere? quamquam parcus id fiet.

*¶ Ther.*

Idem de pueris quoque iudicium est, qui nondum annum decimumquartum excessere. Quod enim ea corpora citò dissoluantur, multumque humidi per halitum digeritur, sanguinem ijs mitti vetat. Nos igitur, cum cetera suaderent, in magnorum morborum in tjs, h:s qui ferè 12. agebant, detraximus: semel cum Pulmonia laboraret puer, bis in Argina: atque id vel hirudinibus sedis venis admotis, aut cucurbitularum visitatis, præsentiusque discrimen ex morbo, quam ex dissolutione immixtere rati. Quod & ita euenit non modo enim laedi non depræhendimus, sed iatulari magnopere. Optimè tamen pensandum est, corpora eoru promptissimè dissolui. Attamen stultum omnino foret, si in quocunque cœli statu, aut temperamento, aut corporis habitu æquè pertinensdam sanguinis detractionem crederemus. Si-cuti verò in his, quibus imbecilles vires sunt, ut quibus apprimè vitiosus sanguis inest, & parca detractione, & iterata vtitur Galenus: quales sunt quos per Epicrasim sanat, aut qui crudis pleni sunt: Ita &

*In lib. de Ven. scđ.* ipsius exemplo, vbi pueros sanguis detrahi debet, vel grauidæ, eadem ytemur via, quod in ea minus sit incommodi.

Cur verò morbi magnitudo sanguinem mitti vrgat, putredo quoque suadeat, & hortetur, disputatum

*2. de Vict.  
accus.*

*io. Ther.* Cur verò morbi magnitudo sanguinem mitti vrgat, putredo quoque suadeat, & hortetur, disputatum

tum abundè nobis ijs libris est, in quibus Galeni loca explicauimus. Neque ab re modò fuerit, paucis rerum capita attigisse, quibus nimisrum apertum fiat, quia ratione pernotus, generat m suadet, in putridis febribus sanguinem mitti. Quicquid enim Sophistæ in huius loci explicatione commenti sunt, nihil faciendum censeo, quod ex sequentibus manifestum erit. Porro sententiam illam adeò tam firmamq; veteres voluere, ut fidissimus Galeni paraphrastes Paulus, cùm primum putridarū febrium curatione in aggrexitur, statim scribit: τὰ δυνάμεων ιχνῶν ποτῶν τὸν ιατρὸν περιπλόκον φλεβοτομητούντα χρήσις ἀποψίας, τὰς καταγεγέγαιας. Ut igitur videamus, quantum utilitatis secundum ferat Venæ sectio in eo morbi genere, meminisse eorum est opus, quæ libro 8. scripta sunt. Curabat eo loco Galen. Diatrias ex obstruk:one, quæ διὰ μηκύνωμένην παρεκμήρ, iam suspectæ esse cœperant: in quibus, primo loco venam secari iubet, quamvis nulla ad sit plenitudo: sic enim, inquit, plurimus vitiosus succus detrahitur, vna cum sanguine vacuatus: Tutoq; uti possimus his, quæ obstruk:ones soluant. Eodem profectò rationes sunt, quamquam motatis verbis, quas lib. ii. propositum monstrat. Quod enim lib. 8. plurimum vitiosum succum vacuari ait, hic naturam leuari onere dixit: neque enim oneris nomen ad multitudinem referre oportet, sed potius succi vitium significat. Solevit enim quæ molestæ sunt, oneri esse dici. Rursus quod scribit lib. 8. & quæ foris ad obstruk:iones tollendas admouentur, suspectæ esse, & quæ propinuantur: hic ait, medi corporis prouidentiam ante vacuationem parum tutam esse. Quanquam & alia quoque non exigua commoda in his febribus afferat vñæ sectio, hæc tamen ut quæ excellant, ijs locis tetigisse voluit. Tu vero his men'mè assentiris, tum quia nec generati: verum putas, quod scribitur: tum etiam, quod Galenum id perpetuò obseruasse non vides. Num igitur vñigerales scopos semper sibi proponere debet,

ad Glare.

# LEONARDI IACCHINI

**Lib. de Vena** qui ritè de secunda vena consulat? Sunt autem hi,  
**scil. &c. 4.** virium robur, magnitudo morbi, zetas florent.  
**Acus.** Nam quibuscumque adsunt, siue acuto morbo, siue  
longiore detineantur, sanguinem mitti exposunt.  
Intelligo morbi magnitudinem, quæ vel immineat,  
vel iam adsit. Rursus, Vires robustas appello, quæ  
**4. Acus lib.** in præsens sufficiunt, nec facile dilabuntur. Hæc  
**de vena scil.** vbi pensavimus, siquidem morbus magnus sit, sta-  
tum sanguinem mittimus. Si vero quamvis ex sui  
**lib. 3. Aph.** natura magnus nō sit, periculum tamen est, ne pro-  
**4. Therap.**cedente tempore magnus evadat, venam itidem se-  
care expedit. Prioris lani generis sunt, internæ om-  
nes inflammations, febres acutæ, morbi que non  
nulli, qui citra febrem acuti existunt. Posterioris ve-  
rò Dianæ, quæ ob valentes obstrunctiones in sinochas  
facile vertuntur. Porro intermittentes febres quam-  
vis salubres esse dicantur, attamen vel ob aeris ma-  
litiam, aut ægri intemperantiam, siue astantium in-  
seitiam, nonnunquam ob naturam laborantis, &  
cötinas, & magnas fieri quid vetat? Nec quisquam  
est vel mediocriter in operibus artis eruditus, qui  
hæc stepè fieri non viderit. Quanquam alia quoque  
periculi causa est, eaque non levius, quæ ex auxilio-  
rum naturæ ortum habet: vbi obstrunctiones, præci-  
pue validiores, tollere est animus, seu intus assu-  
mantur, seu exti insecus admoueantur. Igitur pro-  
pter has, atque eiusmodi causas, Galenus in febre-  
**4. Aphor.** bus putridis sanguinem mitti suadebat: quod in om-  
**2. ad Glauc.** ni febre aliqua ex causa periculum oriri poterat. Ce-  
terum non videntur æquæ in omni febre istæ per-  
timelcenda: exquisitè enim tertianæ quæm mini-  
mum prospetione ea egere videntur. tum quia in-  
ter puridas simplicissimæ ferè, & brevissimæ, per  
seipcas ad statum & crism properant (neque igitur  
magna auxilia exposunt) tum quia in biliolis tem-  
peramentis, & calidissimo coeli statu plurimum ac-  
cidit: tum demum quoniam qui putreficit humor,  
non modò obstrunctiones facere natus non est, sed  
soluere potius atque aperire. Quamobrem si qua in  
bilis

hisce corporibus accidat , sicut leuior erit , ita nimis  
minus operæ desiderat ut tollatur . Quanquam  
nostra ætate , sicuti rariores visuntur exquisitæ , ita  
cùm adsunt , suspectæ sunt magis : nempe ob pleni-  
tudinem , quam ex largiore victu corpora contraxe-  
runt . Quo sit , ut quemadmodum minus tutò bal-  
neis utimur , autore Paulo , ita magis necessaria sit  
sanguinis missio . Nos itaque hæc aduententes , plu-  
rimis exquisita tertiana correptis sanguinem misi-  
mus , idque velissimè . Cum alias viderim , eos qui  
hoc auxilium neglexerant , magnos , & vix expugna-  
biles morbos sëpè incidisse . Cur verò in quotidia-  
na subticuerit , nemo est qui non videat : si quidem  
naturam corporum , quibus euenire solet , confide-  
ret . Quanquam neque in ea negatur , sicuti neque *In lib. de Ve-*  
*in his qui crudis abundant . Verùm de his alias fu-*  
*næ seet.*  
bus dicetur . Hæc enim ad exercitationem potius , *In proœmio*  
*quàm pro necessitate sint dicta . Scimus enim libel-*  
*los , qui Glauconi sunt inscripti , enchiridion quod-*  
*dam esse : quare & multa omitti , quæ ex curatiua*  
*Methodo repetere oportet .*

*Purgationem ab initio minimè tentandam : neque*  
*aluum mouendam , si sponte dejciat . Interim*  
*quaæ intempestivas purgationes incommoda ins-*  
*sequi soleant , enumerantur . De mitioribus ius-*  
*niorum medicamentis purgantibus , quid iudi-*  
*candum sit . Colligitur , raras febres excretiones*  
*personari .*

**Q**uoniam verò de vulgata illa imminutio  
obiter sermo incidit , non ab re fuerit , de ea  
quoq[ue]c nonnulla dicere : cùm præsertim fautores  
non ignobiles adhuc habere sentiam : vt qui sanctissimo  
quoque iuramento affirment imminutio[n]em ,  
quaæ deiectione paratur , ex vsu esse . Atqui res ipsa  
ad nos præcipue pertinere videtur , qui ne leui-  
ter quidem aluum inter initia prioritare soleam ,

si quidem sponte deijsat. Quare ne vel purgationem eam, vel eius autem peculiari quoq; iam odio prosequi videar, neu superstitione quadam inani detineri; breuibus (vti coepi) loca ex Galeno & Hippocrate afferam, quibus eò sententia deuenerim. Sunt autem ea ferè ex libro de Acutoru victu. Cum enim aliquando scriberet, qua ratione morbi inter initia tractari debeant, Cum (inquit) vrinæ tenues fuerint, purgandum nō est. Nam purgationem (vt Galenus ait) prorsus euitare oportet. At quamnam, quoq; , purgationem euitari iubet, num esse bonum? Profectò ne clysterè quidem iniiciendum putat: ut enim, Clysterè iniicies, si videatur: hoc est, si aliud nō sponte deijsat: hanc enim glossulam Hippocraticam esse, & subintelligi debere Galenus docet. Rursus adeò dimotionem omnem in vehementioribus morbis pertimescit, vt potius quietem precepit: vtque se se quā minimum in lecto lactente, neque purgationes molantur. Quod si forte in longiori morbo purgationem illam usui esse putas: monet Galenus contrarium, his verbis: In his vero qui iam ægrotant, si quidem morbi longi existant, nunquam concoctio expectanda non est. Itaque & in quartanæ curatione clysteribus utitur ab initio mollibus, neque validiorem aliquam purgationem pertentat. Cæterum melius fortasse fuerit, vt postquam sententiam illam, toties Galeno celebratam, proposuit Hippocrates, Concocta (inquam) : purgari debere: rationes quoque colligamus, quas sparsim posuit, ne solis nudisque verbis subscribere videamur. Primus ergo ratiocinationis modus difficultatem spectat: Cum (inquit) humores crudi adhuc sunt, si dimouere tentes, nihil à natura auxiliū expectato: ipsis enim post concoctionem & secessit, & impetum ad excretionem facit. Et rursus: Sæpius humores vni sedi affixi sunt, à qua dimoueri nequeunt priusquam concoquuntur. Raro vero concitantur, & ad sui excretionem initio proritant. Quare raro sit, vt in morborum initijs mobiles sint, faci-

4. de Pitt.  
Actu.

*Ibidem.*

In libro de  
purgatio.

3. ad Glauc.

4. Aphor.

4. Apb.

facileque pellantur: aut natura ad propellendum eo tempore impetum faciat. Quæ duo lanè & utilem, & facilem purgationem reddunt. Quàm bellè libro de Acutis quarto, quòd ita experientia didicisset, in hunc modum: Quicunque statim inter morbi initia phlegmone oblißas partes soluere pharmaco aggrediuntur, à parte quidem phlegmone laborante nihil auferunt: affectus enim, quòd crudus sit, non cedit. Quæ verò morbo resistere possunt, & sanitati attinent, absumunt. Altera ratiocinatio noxas & incommoda considerat, quibus premi solent, qui in principio morbi purgantur. Ex his non leue est, quod in propositis verbis adnotauit, cùm inquit; Ea quæ sanitati attinent, absumunt; absque eo quòd morbi cause vel maximum opprimantur. Nam tametsi Lib. de diff. verba ea de phlegmone dicta sint, quòd febrilis affectio multis modis illi assimiletur, ad febres quoque Galenus transferre solet. Sed quid, quæso, aliorum verbis modò innitimus, ac non potius excretiones illas spectemus, quæ, quòd ante coctionem accidunt, symptomatum soboles dicit Galenus? Has igitur mirum est diligentes hos viros non adpertisse, cùm quotidie accidunt. Id, inquam, auxiliij ab ijs expectandum esse, quod secundo prædictionum scribitur: Excretio, inquit, quæ ante coctionem est, nunquam prodest: quòd si imptaciōr fuerit, præter hæc nocebit. Mitto modò, quòd purgatio ea seu per naturam, seu arte fiat, vites deiicit, appetitiam tollit, tormenta excitat, nonnunquam dysenterias quoque & febres: quæ mirum vniuersa veteres diversis locis adnotarunt: nosque ni omnino cæci sumus, quotidie cernimus. Non minorem noxam purgatione ea oriri scribit Hippocrates libro Acutorum quarto, quòd quæ restant, cruda magis redunduntur. Si enī (inquit) inqueris, morbus crudus permanebit. Huius rei causam Galenus elegantius. 4. de Tueri. sumē, uti assolet, exposuit: summa verò eorum quæ val. dicit ex est: Quoniam quæ concoquenda sunt, vēxari non debent. Quamobrem eo loco motionibus

hh 5

vniuersis interdit. Postremum idque maximum incommodum est, impediri, aut omnino tolli crises, ceteraque naturae auxilia. Quod cum satis aperte experientia monstret, ratio quoque suaderet. Quomodo enim operi naturae faueas, quando nondum ad quam partem fereat ignores? An potius sepe impedimento fueris? Quanquam ubi innotuit, quid aliud (oblectro) curae esse debet, quam parare vias, & fluxile corpus efficere? ceterum dum iudicantur, sinere: quod si non integrè iudicata sunt, eadem via quae supersunt ducere. Porro quid vñquam aded stultum, aut ita noxiū exagitatum est, quam cum febres vñuersas deiectione persanare aggre- diuntur, cum naturam, quam nimis imitari debes, raras febres ventris profluui soluere videas? Longiores enim aut per concoctionem, aut per abscessum finit: (Arqui sanatio quae per concoctionem vñnis maxime perficitur) acutas rursus excretionē. Verum excretio ea multiplex existit: nam & sudoribus, & sanguinis fluore plurimae sanantur, nonnullae quoque vomitibus: quare paucæ fuerint in quibus ventris excretionem procuret, morbum iudicatura. Quare nos quoque raro ventris deiectionem purgante pharmaco irritabimus: idque ubi concocti suci sint, nihilque e gregium natura polliceri videatur. Quod sanè in diuturnis, ubi minimum vi morbi irritatur, sèpè evenit: necnon in acutis, ubi statim præterierint. His fortasse permoti quidam, fortiora medicamenta odore: purgationem tamen aliquam admitti volunt, sed quae molles admodum sit: eo scilicet pharmaco, quod aluum mollire queat, & excrementa tum quae in ventre, tum quae in priuis venis colliguntur repurgare. Eiusmodi apud eos sunt, Manna, Siliqua, quam Casiam dicunt, Rhabararum: sed & composita aliqua, ut quod ex datus conficitur, vel quod Catholicon nominatur. Nos vero mollire aluum, siquidem stricta sit, optimum esse iudicamus: sin sponte deiiciat, sinere. Quod si paulo largius deiocere expedit, ut cum per-

cas

3. de Crit.  
dieb.

2. Aphor.

3. Prog.

3. de Cris.

4. de Crit.  
secunda

tas partes putrida excrementa natura quotidie expurgare tentat: molli clysmate, etiam inter initia, ventrem proritare docet Galen. Porro detergeri, ac *i. ad Glanz.* deiici ea, quæ in ventre, & primis venis collecta sunt, cum utile esse putem: id tamen pleraque prestant, quæ in censem ciborum potius, quam medicamentorum veniunt: ea apud veteres in primis sunt, Mulsæ & Pistrinæ, quæ sanè biliosis excrementis, & mediocri pituita tuni ventrem, tum primas venas expurgare valent. Quod si valentius remedium desideras, oxymel sat fuerit, quod etiam à ratione cibi admodum alienum non est. Quare ne dicant amplius umbræ hominum caruisse clarissimos viros miti oribus auxilijs, proinde & purgationem inter initia vetasse. Qui in potius expedit. quod quasi duces cœlitas nobis demissi sint, eos imitari, non in methodo modò, verù in auxiliorum quoque materia, qua quondam felicissimè sunt vsi. Nam quæ pauloante proponebantur, seu simplicia species, sive composita, noxa cæterorum proculdubio non carent: calida n. sunt, & situm faciunt: insuper & venosæ qualitatis, turbatione & nausea quam excitant: tetro item odore, & sapore iniucundo speciem ostendunt. Quanquam neque fortassis purgatoria vis ijs inest, ni veneno participarent, ut Aristotelij pl. cuit. Quoniam vero sanctissimi senes sacramento quoque confirmant, nihil unquam noxae vidisse sese a grise ex eo opere inferri, non si purgationem eam, quam propriè immisionem vocant tentassent: Quod quæso aliud respondere possumus, quād quod, ni fallor, & quæ sati faciat, contrà scilicet deierare, innumeros hædi ame visos, quosdam vero non alia de causa perirent. Decepti sunt autem boni viri, cum vidissent aliquando bene cessisse, ita ut dato inter initia pharmaco, febris desierat. Quod sanè mirū non esse restatur Hip. Quib (inquit) vrinæ crassæ sunt, & nebulosæ ab initio, hos, si cætera consentiantur, purgabis. At his verbis cōcoctas vrinæ significavit, autore Gal. Quare perficit adhuc sententia ea, Cōcocta purganda, & oranina.

*2. de' Viæ.  
Acta.*

mouenda esse, non cruda. Neque id tempus probè initum dixeris; ut in libro de Crisib. est disputatum: principium enim propriè notis coctionis finitur. Sunt enim febres nonnullæ, quæ vñà primæ accessionis inclinationem cum totius morbi inclinatione fortiuntur. Nos igitur (siquidem ea egerè æger videatur) imminutionem quidem fecere odoceatur, atque id circa morbi initia. ita enim inquit: Cum morbi inchoantur, si quid mouendum videtur, moue. Cæterum id plurimum per venæ sectionem mouendum Galenus iudicat, raro autem medicamento purgante. Neque enim licet, præterquam ubi succi concitantur: atqui raro turgere ait. Quoniam verò turgere, non nisi in acuto morbo continuit, sic circa dictum alibi est: In acutis raro, & in principijs, purgatione vtendum. Et rursus: Tenues humores initio vacuabis; in crassis autem & viscidis coctionem expectato. Dicit autem, Vacuabis: hoc est, vacuasse licet: quoniam in his solummodo turgere conspicitur.

*De Apij natura permulta. Interim aduersus Aui-*  
*cennam non nocere prægnantibus Apium: neque*  
*comitialem morbum excitare. De mensis, & v-*  
*rinam mouentibus disceptatio. Ibidem loci non-*  
*nulli ex Galeno explicantur.*

**S**uperest ut nonnula dicamus ad ea quæ contra potiones nostras obiecisti. Igitur omnes vñà ex Apij natura pendere videbantur, ut quod veteri acetabula aperiat, quod morbum comitiale gignat, quod febribus sit inimicum. Quod si deliria eius capitibus persequi velim, metuo equidem, ne (ut in proverbio dici solet) cum delirantibus stultus efficiar. Quis, amabo, non videat Auiennam Apij speciebus Barachium admiscuisse, viresque confundere non ipsius modò, sed Petroselini quoque, & Stairnij? Aut quis risum temperet, audiens collo

appen-

appensam Apij radicem dentes exterere, aut non lædi scorpij morsu, qui Apium deuorarit: aut rursus radicem apij soluere, non folia? Sed quid multis laetore m moror, quasi testibus egeam? quasi eruditiores omnes eius volumina semicrudam quandam vomitionem non estimarint. Quod cùm alias monstrauiimus, vberius tamen id factum foret, ni Guilielmus Guidobaldus, nobis amicissimus pariter ac doctissimus, amicè his verbis nos aliquando admonisset: Ecquid, inquit, negotij vobis est aduersus hunc hominem, quem brevi nostis perpetuū somnum dormiturum? Sed ad Apium reuertamur: quòd enim præstantibus aduersum esse ait, ex Dioscoride perperam acceptam videtur, qui de Smirnio scribit, impositam eius radicem abortum facere. Quòd si hoc Dioscoridi condonemus, id tamen Apio non tribuit, sed Smirnio, quod sanè Apio multò est validius. Neque iterum si assumatur id facere ait, sed si vuluz imponatur. Porrò multa nouimus, quæ quidem ebibita corpus non lædunt: si tamen cuius admoueantur, venas aperiunt, exulcerant, corrumpunt: cuius causam ex libris de simplicibus medicamentis querere oportet. Lu. verò exercitatissime Aucenna, cur si prægnantibus obesse iudicabas, alias cùm prægnantibus opem ferres, eclegmata ex Apio propinas? Quin & quod multo minus quis credat, ex odorata nuce, & Castoreo, Aristolochia, Cardamomo, Pyrethro, Thapsia. At decebat medicorum ducem statas, firmasque sententias proferre: aut te togatum senem non adeò tristi ac seuero vultu nobis succensere, neque ut Apium deuitemus, admonere. Illud enim quod imprudenter, ne dicam imperite, è Serapione acceptum est, quòd scilicet epilepsiam Apium moueat, inerum delirum est: cùm præsettum Galenus eo morbo affectis Apium 8. Therap. in cibo sumere consulat. Quòd verò ipsius verbis obijcetas, Apium menses mouere, & febricitantibus esse inimicum, non tucus ac vinum, sic soluitur: Primum enim nosse oportet, quando apud veteres

autores legitur, vrinam ciere, aut menses aliquod medicamentum, illico vim ipsius pensitandam esse: neque enim æquè omnia id efficiunt, verùm magna est pluris & minoris differentia. Sunt enim quæ per sanitatem iuvant, promouentque solùm si quando parcus natura vtrinuis excernat: nam si omnino excretiones illæ supprimerentur, neutiquam satis forent. Idem & in ventrem deiçientibus considerare est: quædam enim tantummodo officijs sui naturam admonent, quædam & impellunt. Nonnulla itaq; vrinam ciere, aut menses dicuntur, quoniam si secundum naturam se habeant instrumenta quæ his operibus deseruiunt, abundare ea facient. Huius naturæ Apium esse videtur. Non modò enim prægnantibus, quibus natura duce menses superprimuntur, mouere nequit: sed neque si aduersus naturæ gubernationem morbos aliquæ vi detinentur. Quare minus timendum est, conceptionem offendere: quod etiam experientia demôstrat. Cùm enim nostrates mulieres affatum eo vtantur, nullam tamen iædi inde aduertimus. Nunc ad alterum dubitationis caput accedamus, quæ cum ex verbis Galeni vim omnem habeat, mentem ipsius optimè explorandam censeo: quod & suprà, vbi de pessima agebatur, admonui. Videmus enim ipsum, quem modò dixi, Apij vsum vetare in febribus, eo tamen aliquando vti. Quin & vbi generatim putredinem sanare docet, inter cetera radicem Apij laudat: ita enim scribit, Seligenda ea medico sunt, quæ citra valentem excaffactionem supradictas vacuationes præstent. Cuiusmodi (inquit) sunt prussane cremor, & aqua mulsa, & oxymel, & Apij radix in aqua, quæ potui datur, incocta. Sed & quod minus quis credat, cùm libro 8. Apium inter ea, quæ febrem augent (vti diximus) enumerasset, non multo post subdit, A balneo aquam, in qua Apium incoctum fuerit, propinandum. Dicendum igitur, febris vim nonnunquam tantam esse, vt ad ipsius sanationem, calfacientem omniem materiam prorsus evitare.

*Therap.*

euitare oportet. Sic itaq; lib. II. scribitur: Cùm magna febris vrget, nullo, vel leui calfaciente ytem, sed aquam frigidam potui dare oportet: si vero mitior febris extiterit, eam saltem materiam diligere oportet, quæ minus calfaciat. Fatemur igitur & nos, calidum omne febri, qua febris est, aduersari: proinde ne que temere propinandum. At in tepidiori febre, vbi indicatio, quæ ab ea est, cæteras non exuperat, non Apio modò vtitur, sed Isto po quoque & Origano. Quanquam magni refert quo quis modo vtatur: seu scilicet madefacias tantummodo, sive incoquas, quod & Galenus aliquando obseruauit. Quod vero ait, Sicut & vinum: haud equidem æquè nocere intelligit, sed quod in numero, censu que noxi orum reponi iudicet, quibus viuum quoque adnumerat.

### D I G R E S S I O.

*Respondet ad ea quæ obijci solent, summatimq; col ligit quæcunq; ad acutorū curationem spectant: quibus apparet quantum interficit veterum curandi ratio ab ea qua iuniores vtuntur.*

**E**xurgis postremò, quasi victoria potitus, & consuetum Hymnum canens, in laudes prorum pīas tuas, nostraque deprimis: iactas longum visum, profligatos vestra operā ac diligentia morbos iactas, funera retices. Porro quod toties verba ea vulgi auribus inculcastis, iustum erat aliquando respondere. Si quidem vti vobis maledicendi otium est (utpote quos nulla egregia disquisitio detineat) idem nobis respondendi foret. Enim uero vestra hæc ratiocinatio primo occursu haud mediocrem vim habere videtur. Experiencia n. nemo vñquam satis laudet: neq; tot, tantosque viros in errore tandem persistisse facile persuadeas. Solent enim viri cordati ab his, quibus offenduntur, brevi abstinere. At neque medici eo vietus genere hactenus offendì ægros

sensere: nec ægri in se erratum deprehendeturū  
 Stultum itaque fuerit vini & carnium abstinentiam  
 imperare, siquidēm consuetis tutō ut licet. Licere  
 verò experientia per multa secula comprobauit. Ade-  
 de largiorēm victum robur tueri, cui vel maximē  
 animum aduertere medicus debet, utpote sine quo  
 nihil toto nixu proficias. Non defuntax eorū scho-  
 la, qui curationes nostras quotidie vellicent. Ecquæ  
 (ajunt) medendi formula? Quóue iure medici ap-  
 pellationem sortimini? An potius certaminum spe-  
 ciatores estis, quasi in theatro quopiam constituti,  
 testes euentus? Num quæso diuinatores, an medici  
 dicimini? aut quorū acciti estis? ad diuinandum  
 inquam, an ad curandum? Attamen satisfecisse ar-  
 bitramini, si salutem aut mortem, si crises, si acces-  
 sionum magnitudinem, & tempora præcognoscitis:  
 Atqui isthoc natura non eget, verū auxilijs, quibus  
 utimini, ut nemo adeò crudis sit; qui sex mensium  
 spatio medicus non euadat. Meritò itaque vulgo  
 contemptui estis. Quam enim spem de vobis ægri  
 aut familiares possunt concipere, quos videntrei e-  
 uentum silentes expectare? Hinc conuicijs sèpius  
 impetimini, æger desperat, ars nihil penditur: His  
 atque eiusmodi fabellis facile priuatissimis homines in  
 suas partes trahunt. Nam cùm in viro medico & do-  
 ctrinæ vertatem, & longum usum desiderent, neu-  
 trius verò ex his iudicium ferre queant, ut quæ à vul-  
 gi sensu nimis sunt semota: nota quadam. (ut pu-  
 tant) firmissima iudicium fulciunt: est autem ea,  
 Senium. Quocirca senem medicum absq; alio de-  
 lectu præferunt, in eam lapsi fallaciam, in quam  
 crebro incident, qui sine artis ope syllogizant. Hinc  
 factum est, ut multi cùm primum siuissitare cœpi-  
 mus, nobis acerrimè obsisterent, ac seniorum partes  
 usque ad arma defensarent: eoque res procepsit ut  
 (quod Quinton medico clarissimo euenisse ferunt)  
 parum absuerit, quin velut ~~magis~~ rite noscias;

vrbē

Urbe pelleremur: Sed reuertamur unde digressi sumus, rursus ratiocinationes eas assumentes: Ex nimis ab experientia habut omne accipiunt. Ceterum quam facile decipientur qui experientiae tantummodo innuntur; Galenus saepè admonuit: Non quod inductionem, qua expertores vntur, labefactare velim: ea namque ducē primæ artium notiones stabilitati solent: sed quod multis modis artificem decipi accidit, dum vniuersalem illam notitiam colligit. Quod si viris doctis haud temere credendū iudicas, cùm se se expertos esse pronuntiantur quid quæsio de vobis sentiendum, qui ne prima quidem disciplinarum elementa, non humaniores literas, non dialecticen, non physicen attigistis? Ego vero neque plus vestræ, de qua gloriamini; experientiae fidem habendani puto; quam pharmacopolis circunforatiis, aut medicis mulieribus: nam & ipsi expertos se credi volunt: præsertim ubi Hippocratem; & Galenum contraria sentire nouero. At nos (inquiunt) hac via neminem hucusque habemus: Nos contrà: Non sunt letales noxae ubiq; expectandæ. Morbi enim quidam adeò salubres sunt; atq; ita (vt verbo Hippocratis utar) ἐπιθετικοι, vt quæmvis multis modis pecces; neque in pernicieni ages: Sunt iterū corpora quædam adeò robusta, vt quidvis erroris impunitè ferant. Inde medicum illum laude dignum censet; qui in acutis morbis; quorum sanè vi multi necantur, probè se gesserit: quasi impunè in his, qui acuti non sunt, ferè erretur: cetera illi errores grauius ferant: Esto igitur, vestra opera non semper ad necem æger hædatur: attamen in lectulo contabescere, morbosque & symptomata indies magis affligerè; cachexiam ægros incidere, forte floccipenditis? Nec mirum sanè: si quidem largiores pecunias ea ratione hauriatis: neque parum honosificentia vobis accedat, cùm quos ipsi auxiliis morbos; aut peperistis mille modis, impeditis natura vix tandem sanat. Quam bellè igitur scripsit Hippocrates, Multos ex sua ignorantia ditati: Caz

teram verisimile esse aiunt, longo temporis spacio  
errores, si qui latent, detegi, atque ita evitari. Quae  
quidem quam prudenter dicta sint, tute videoas. Ego  
enim male institutis ingenij quiduis potius in men-  
tem venire noui, quam seipso errasse. Quod si tandem  
animaduertant, attamen fateri puderit: neque igna-  
ros se deprehendi a quo animo ferunt: neque qui  
triduanum ieiunium imperabant, ideo destitere,  
cum sepe male tractari aegros cernerent. Nec si fra-  
cturas Hippocratis aetate ita deligabant, ut phlegmo-  
nas & gangrenas accenserent, resipuerit aliquandoz  
ut pote qui id factu optimum iudicarent, quod & an-  
tea consueverint, & preceptores suos facere vidis-  
sent. Cum enim minus prosperè succederet, in a-  
liam quamquam causam retrudebant. Sed nonne  
vos quoque eadem attigit labes, viri optimi? qui  
pharmacis deiectorijs, medicatisque omnigenis po-  
tionibus febricitantes assidue vexare soletis? Num  
quia vitiari ac retrocedere coctionem, quod labi vi-  
res, quod dejici ventris & iecinoris robus, quod de-  
mum non raro mors irrueret, vestram inde senten-  
tiam mutastis? Quin potius non raro vos audiui,  
quo peccata vestra operiretis, imaginaria quædam,  
imò risu digna causari: nunc in aegrum culpam om-  
nem intorquere, modò in astantes, non nunquam  
in coelum ipsum. Nemo igitur sibi persuadeat, ma-  
los usus temporis diuturnitate tolli: atque eo, velut  
argumento firmissimo, consueta sectetur: non raro  
enim se falli reperiet. Cum vero curationes nostras  
irrident, facile est in eos tela omnia retorquere:  
quod exemplo fiet, si prius aegrum pro exemplo sta-  
tutamus, qui acuto quidem morbo labore, ceterum  
ex sui natura salubri. Pone igitur, hunc medicos se-  
cunda die conuocare. Primum viuendi formulam,  
tametsi paulò parciorē instituent, quam per sa-  
nitatem consueverit: haud tamen facile vino inter-  
dicent, non pane, non farre, sappius vero nec carni-  
bus. Posthac ab aliis ventrem iubebunt: idque adeo  
molliter, ut toto postmodum morbi tempore alius  
sicce-

siccetur. Summo mane pharmacum deiectorum propinabunt. quod sanè Benedictum appellant. Id alij ex sola Casia siliquæ medulla propinan: alij Rhubarbarum addunt: nonnulli ut suprà dicebamus, & compositionem quæ ex dactylis, addunt, vel aliud eiusmodi: quo largius aluum ducente, gaudent medici, lætantur amici, exultat spe bona plenus æger, medicorum promissis satis fidens. Ast illa interim die appetentiam deiectam experitur, nauseam, fractas vires, febrem demum multò sciuorem. Iam mane potionem, quam Syrupum vocant, mille admixtam medicamentis, atque olfactu ipso horribilem propinabunt. Mox accedentes ubi urinas perturbatas; præter expectationem, aut gratioris putredinis notas præferentes inspexerint (quod sèpè euentire his peractis, sollet, si morbus non admodum benignus, mitisque fuerit) ubi iterum noctem peruigilem, æstumque immodicum, ahag; symptoma fætiora, circa ægrum deprehenderint; de secunda vena disceptabant. Quis igitur adeò facidus sit qui contentiones, rixas, turbata supercilia recéseat? omnia timantur, ut si quæ possint, tantu discriminis effugiant. Multa ex Auic. in medium afferunt, quæ timirum à venæ sect. deterreant. Præcipa tamen de coitu solitos videoas: Vbi vero de mittendo sanguine demum consensere, ac si præceps auxiliū moriri velint, cognatos atque amicos, tum viros, tum mulieres adesse iubent: neq; enim absq; horum assensu venam secare ausint. Ipsi vero vt pote periclit magritudine perterriti (ita enim à medicis didicunt) haud facile consentunt. Igitur senior disquisitione omnem ijs coram recitat. Colligit demum, quicquid agant, in uitios aggredi: cogere morbi sauitiam. Quibus auditis perterfacti, tandem in sententiam eunt, ea legi; vt citra quartā vñciā subsistant. Quod tamēthi policeantur, furtim tamen ad quintā aut sextā perueniunt, cùm præsertim urinas in purpura rubetes cōspexerint. Nam si ex nō fuerint; non temere sanguinem tritu apud eos videoas: Quæ-

idam sunt qui nephias esse existimant. Iam statu<sup>s</sup> imminet, morbusque in dies deteriora minatur: ita ut medicos quoque perterrefacias; Iamque morbi ~~zaxostoma~~, execrati incipiunt, ut qui nulli diligentiae ac prudentiae, nullisq; adeo grandibus auxilijs cesserit. Quo tempore secta eorum, qui paulo saniores habendi sunt, ad noua prælia sese accingunt, neque auxilia maiora pertendant, quibus scilicet ægri mors imputari possit (Alienam fortiter dimicandum rati egregio quopiam pharmaco, s<sup>p</sup>e animam, quod ego statim fieri aliquando vidi, radicitus euellunt) Tunc igitur quicquid ad nos Indiā transmittit, Margaritas inquam, Smaragdos, Saphyros, aut si qua pretiosiora homini quanquam auarissimo fuerint, nam & aurum ipsum, medicamentis iniiciunt. Tunc cor iecutque perfundunt, quod robur membris restituunt, ut scilicet strenue dimicetur, vimque arceant veneni, siquod lateat. Hinc renes, hinc testes, tamē extra aciem esse videantur. Post hæc matronas alloquuntur, iam morbum in multis dies perdurante aiunt, iam labare ægri vires, refectione opus esse, uti mürbo resistere queat. Quibus omnes libentissimè annūunt atque illico sese accingunt, quasi prælium initur: Carnes tundunt, eliquant, extillant, demum se præparant, ac si Athletam, qui mox Pantria obire debeat, præpararent. Tunc enim plus roboris præstari putant, cum quis plura ingesserit, eaque ~~longe~~ proponit. Itaque diei noctisque horas ita partiūntur, ut ne una quidem præsidijs, aut cibo æget destituantur. Cibant manè vesperique, cibant metidie, & nocte media. Interim perfundunt, infungunt, fricant, medicatas potiones, & eclēgmata propinquant. Demum nullus est quieti locus, videturque armorum tandem onere pugil opprimi: Hæc est lector candide longa illa fabula, quam sedulis mulierculis, quod apud eas gratiam promereantur, manè recitant, recitant vesperi. Hæc sibi vel maximè placent: hanc per manus traditam veluti thesaurum seruat: huic soli student: Inde n. tum spectatæ fidei, tum

tū diligētia insignes habentur. Porrō defuncto ægrō tantum abest ut culpētur, quin potius optime frugi medici existimantur, atque vi multa, multaque solertia aduersus morbum dimicasse, viçtos deinceps morbi malignitate. Quare ex erroribus & laudem, & lucrum, & amicitias captant. O secula, O cæcitatē! Illi enim cūm clare videant quantum à veterum institutis desciuerint, dum multiplicia & admiranda præsidia moliuntur (neque enim id inficiari possunt, si vel semel Galenū, aut Paulū legerint, vbi febribus curam adhibent) in nos tamen conuicia tactare nō cessant, quasi opportunitis auxilijs egros destituamus: quasi artem de honestemus, operam serè omnem naturæ dimittentes: quasi importuna austeritate ægros necemus. Quod verò errorem erore tegant, eō insaniz ducuntur, ut medicam disciplinā, quam nobis Galenus scriptam reliquit, multis modis mancam dicere audeant, multaque desiderari quæ ad curationes conducant. Vbi enim de his, quæ extrinsecus adhibentur perfusionibus ab eo scriptum? aut vbi potionē illæ, quibus in febricitantibus quotidie felicissimè vtiūnus? vbi deum deiectionia pharmaça? quæ sanè adeò necessaria esse putant, vt his dēmptis, nihil opis medicis supersit. Ita enim audiui quondam primatē medicum, qui paulò antē Bononiæ decessit, quem etiam scoli quidam diuinum appellant, dicere soluit, quasi salus vniuersa in ventris deiectione confiteret. Inde colligunt grandē illam blasphemiam, qua errores suos misera medicorum turba tueri solet, Non posse quenquam solo Galeno duce medicum fieri. Alij neque hic desistunt: sed neque Galeni & Hippocratis præcepta satis tuta esse dicunt. Cui sententiaz Alexander quidam Trallianus fauere videtur, qui aliquando Galenum reprehendit; quasi de Victu noxia præcepit. Nos verò aliter ducit Hippocrates (vt ab initio ordinamur) cui etiam libenter subscribimus, postquam & vsu ipso ita rem fese habere comperimus: Natura, inquit, omnino

sufficit: peccatur aduersus eam extrinsecis cataplasmatis, intunctionibus, perfusionibus, totius aut partis. Galen. quoque, Committuntur, inquit, peccata ab his medicis admirandis, qui nil arte dignum à se fieri arbitrantur, ni quis ad ægrum ubi accesserit, præcingat sese ac cataplasma imponat: venam fecet, yentrem abluat, inungat, perfricet, nuttiat. Hi igitur, inquit, quoties ægrum adeunt, toties peccant. Eadem ferè è libro Therap. 11. scribuntur. Ex quibus apertum est, fuisse quoque eo tempore qui illum hanc presidiorum circunferrent. Verum hos omnium qui fuerunt vñquam clarissimos, paucis fuisse contentos: atque id à nobis obseruari voluisse. Nullaque alia profectio de causa rursus inuecta sunt, quam ostentationis & lucri, quæ nimis plurim, quam ægrotū salutem multi faciunt. Quam obrem Paulus, qui Galeno posteriores omnes longè antecellit, ne verbum quidem addidit ad ea quæ tum in Therapeuticis libris, tum in ea arte quæ Glanconi inscribitur, de febribus legerat. Nos ergo hos imitati, haud quidem egenos nos fatemur, verum parcōs potius, vt scilicet nil superflui fiat, nil necessarium omittatur: sic enim naturæ præsidio erimus non impedimento: quod de vobis Galenus scribit, qui aliquando hostes naturæ, ægrique vos appellat. Inter maxima verò & præcipua impedimenta minus commodam cibationem esse existimatunt viri illi consultissimi: de qua re cum supra nonnulla dixerimus, nunc quoque, quando epilogum canere est animus, summam rei attingemus. Eos itaque video in acutis morbis, quos curandos suscepérant (erant autem iij qui non omnino insubriter se habebant) neminem vino aut carne nutritiisse, quamquam viribus foret inualidis: quin potius monstrorum victum Petronam medicum instituisse aūnt: neminemque eum sectatum, qui ægros cardibus & vino, & omnino consuetis cibarijs replebat: cum tamen multos videam Petrona longè nocentiores. Ille namque statim à morbi initio vi-

etum

Cum eum instituebat : hi verò cùm primū vi morbi circa statū vires concidunt : quem nimirum grauiorem errorē esse suprà monstrabatur. Rursus non pane, non alica nutriebant : nisi quando prissana nau-  
seam ægro cieret, vel succus ipsius : quando & tene-  
ras lactucas, & panē ex aqua, & pisces saxatiles offe-  
reabant. Quæ profectō acutorū victum ad statū usque  
explebant, vna cum mulsa & oxymelle, & apomelle,  
quæ breuioribus morbis, & quibus plus discriminis  
inerat, propinabant, ni vires defectæ forent. His sunt 4. de Vi.  
quibus septima die vel ante iudicatio instat: ita .n.  
libro 1. de victu terminum ponit. Nam licet aliás ad  
quintum usq; diem mulsum sufficere dicat, neq; ul-  
tra illam: id tamen in plurimis se intelligere mon-  
strat, cum ait lib. 1. Mihi longa experientia innotuit  
quosdam ad septimā usq; diem solis potibus perdu-  
rare. quanquam hi pauci existant: plurimos verò ad  
quartā & quintam. Quòd verò usq; quo morbus in-  
clinet quosdā solis potib. regendi fint, qui vel potus  
rationem tantummodo habeant, ut aqua, vel medica-  
menti vel oxymel: vel nutrimenti quoque ut mulsa, Ibidem.  
Hippoc. testatur cùm ait, Sorbitonem non dederis, I. de Vi.  
donec morbus mitescat. Et Galenus, Eotū (inquit) Acut.  
qui acuta laborant, quidam tota prissana egent, qui-  
dam cremore, quidam neutro horum: atq; hæc ex-  
perientia sibi cōperta esse ait. Quò magis mirari so-  
leo quosdā qui solo vetustatis nomine sibi gloriam  
vendicarunt, cùm re vera neq; veterib. neq; autorib.  
adnumerari mereantur: ut qui nihil artis, nihil me-  
thodi scriptis p̄fereant: qui cum Galen. dogma  
profiteantur, multis tamen modis longè insciū aber-  
rant: audent tamen impudentissimi Galenum laces-  
sere, quasi inedia ægros necantē. Sunt tamen ratio-  
nes ipsius eiusmodi, ut refellente nō egeant. Nos ta-  
men testamur, multos in magnis morbis ultra quar-  
tum solis potib. seruatos euafisse: Multos quoq; in  
grandi illa pestilentia, quæ per annos ferè nouē Ita-  
liā deuastauit, usq; ad septimā & nonā sine cibo per-  
mansisse, donec remittente se morbo, mentis com-

potes facti cibum assumerent: cum alijs, qui vrgenibus amicis obtemperabant, atque ut fieri assulet resplebantur, perirent. Cæterum huius hominis nugas fortassis alias tractare otium erit. In summa, res, quod ad victimum pertinet, ita se habet: Si quidem ægrum quem curas, existimas non posse usque ad statum sola multa & potionē seruari, vel quia longius absit, vel quia imbecillus, sitque morbus non sine periculo, qui que maiori auxilio egeat, pro multis succum ptissimæ dedidisse oportet. At si mitior fuerit, ptissimam ipsam: nec citra necessitatē ægros famę crucies. Rursus quibus ob eas, quas prædiximus causas, statim ptissimam, aut cromorem exhibet circa status tempora, illos quidem ad cromorem traducit, alios vero ad multam. Solet autem in ejusmodi morbis tempus vigoris ynica accessione finiri, aut saltem altera. Qui vero coniicias, quo victu ad statum peruenire æger non adeò fractus viribus possit, monstravit Galenus apertissimè primo de Acutorum victimo: ubi & eorum quæ inediā ferri monstrant, & quæ non ferri, catalogum reperies. Hic est profecto Acutorum victimus, quem veteres obseruant: neque alia edulia nisi coacti, vel symptomate quopiam, vel ob ægri fastidium offerebant. Vinum vero haud memini acuta ægrotanti dedisse quenquam, nisi in laterali morbo ad sputum promouendum, ubi sese malum remiserit: atque omnino ubi sam coctiones notæ appareant. Seni enim quem aliquando curabat, vinum aquæ instillauit, uti tempore vini, noxas aquæ fugaret, de quibus libro Therap. 7. abundet. Erat enim sibi etas loco symptomatis. Quem hodie non nihil immutauimus ob ægrotum delicias: cogimur tamen quoad possimus, ne à censu ciborum recedamus, quos in acutis pro ptissima, & ptissimæ succo aliquando concedit Galenus, quorum etiam suprà meiminimus. Altera quæ febribus adhibetur prouidentia, de medicamentis præcipit: ac primum quidem inter ea quæ bibuntur; num (quælo) Galenus præter ea, quæ à cibi ratio-

ne

*Therap.*

ne aliena non sunt, propinabit & p̄fissanam scilicet, II. Ther. 13. oxymel, apomel, mullia: quibus sanè, cùm per febris magnitudinem liceat, radices plantarum, aut folia incoquebat, macerabat, intingebat: ea nimirum le- *Ibid.*  
ligens, quæ citra caliditatis noxiam obſtructiones ſoluerent. Quòd ſi febris eius naturæ foret, ut ad ſeſe omnem medici operam arriperet, quales illæ, quas ardentes propriè nominant, neque his vteban- *Ibid.*  
tur: ſed quām primū occasio foret, frigidani po-  
tui dabant. Porro de purgantibus medicamentis,  
quid aſtinet dicere, ubi morbus acutus ſit, cùm raro  
ijs egeamus: neque aliter, quam cùm ſucci ad excre- I. *Aphor.*  
tionem in iugitate concitantur? Ni fortè poſt iudicatio-  
nes, cauſa morbiſicæ relictum ſit: ſed iam acutus  
elle defierat. Si quando igitur opus foret eo uti: iam  
innumeræ p̄r̄ſtò erant, tum ſimplicia, tum compo-  
ſita, quorum notas adhuc apud Paulum reperias.  
Nam Galeni in eæ parte libri intercederunt,

De his verò quæ extrinſecus medio corpori im- 10. *Therap.*  
ponuntur, ſeu cataplaſma, ſeu perfuſiones ſint, ſeu  
quæ inunguntur, longè aliter Galenum ſentire vi-  
deo ab his, quæ vos facere ſoletis. Ipſe enim diſtin-  
tione adhibita, ſi quidem ardor vrgeret, quæ refri-  
gerant imponit, eaq; quam ſimpliciſſima, & iuveni-  
ſe: quale eft Intybi ſuccus ex polenta, & cæratum  
Rosaceum: hæc enim ferè apud eum ſunt retrige-  
rantipm exempla, è quibus tu quoque multa tibi  
conformare queas. At in reliquis, quæ aſtuosæ non  
ſunt, relaxantibus vtitur, quæ ſcilicet intenta remit-  
tant, & aſtricta rarefaciant. Sæpè verò non p̄æcor-  
dijs modò, ſed vniuerso corpori adhibet. Hæc ſunt  
profecto p̄æſidia, quibus ægrum fulcire opus eft:  
reliqua enim quæ vobis commenti eftis, preciosa  
inquam illa epithemata, ſepiuſ noxæ fuerint. quam-  
obrem nulla methodo p̄æunte p̄æparata ſunt, ve-  
rum ad ostentationem potius & lucrum. Nescioque  
an manus potius ijs abiuerē expediret, quam cor-  
aut iecur, quæ nimirum ſuo tantummodo odore de-  
lectant. Hæc eft veftra illa vberitas, quam iactatu-

Porò Galenus medicos præsidijs vheres laudabat: hoc est, qui in vrbe, & ruri, & in mari remedijs non destituerentur, neque à libris, & pharmacopolis ea petere inopia cogerentur. Cui rei nixu omni quotidie studemus, cùm plantarum notitiæ incumbimus. Neque nos vulgi auram captamus, aut ipsius expectatione mouemur, vt creditis, qui nimirum de vobis facitis coniecturam. Quin potius studemus pro virili nostra medicinam veterum imitari. Quod si secus euenerit, atque hominum malitia contigerit, iterum præstigia & ostentationes, & barbarum omnem cultum reuiuiscere (quam labem Deus maximus querat) quid super est, quām ut præceptoris mei exemplo, qui sanè eadem aliquando perpeßsus est, me consoler? Ita enim inquit: Εγκαρποῦσι ταῦταις ἔντεις παραπονησμέναις αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις, οἵτοι τελείωσιν ἀλιθεῖαν ἀλιθεῖας, οἱ δέ τι τὰς ἔξωθεν, ἀλλ' αὐτοὺς δέ τις εἰστι, οἵτοι μάκρα προστάσις τῆς κατεχούσης τὴν γῆν βιοτικὰ δίκαια, καὶ γράπται σαφῶς, οἵτοι οὐδὲν ἐγοντα τοῖς αἰθρίοις ὄφελος: Σχάναχνεται τοῦτο ταῦταις συρριπτοῖς, Εἴσωσε τοῖς χαρισμαῖς μεγάλην Εἰδίη πιστομάτων, έσωτούς γονός σωτηρίας πειστούσες, οὗτοι διὰ τοῖς ταῦταις μὲν ἀσταγοι: Γνώσμοι δὲ Εἰδοῖ μάλιστα μὲν Εἰρηνῶν θεοῖς, έπειτα τοῖς αἰθρίοις εἰησοῦσι πάρα τοῖς ταῦταις αἰθρίοις. Hoc est: Necesse igitur est plurimis ita animo institutis, & alijs quicunque sincera mente veritatem colunt, non inquam extenorū gratia, sed ob eam ipsam ita euenire, vt cùm primum experti fuerint prauitatem, quæ nostra ætate vitam inuasit, norintque apertissimè sese nullo usui hominibus esse posse, à multitudine secedant. veluti si procella valida, & ventorum turbinibus se saluare studeant, erunt profecti iij multitudini quidem ignoti: cæterum noti maximè & amici, primū quidem & maximè Dijs, postmodum viris optimis, quietam vitam agent, finent que callidos homines vulgo gloriosos esse.

**Quanquam haud scio, an vos potius artem medicam**

dicam de honestetis, quorum opera èd deducta est,  
 ut ab omnibus fere nullus præcij estimetur. Ita e-  
 nimir in præcognitionibus exercitati estis, vt mulier-  
 culis nihil meliores sitis: atque utinam vos longè  
 non excederent: quod & sèpe vñsum est. Quoties  
 enim ægro dum ageret animam pharmacum propi-  
 naturi accessistis, in eo spem salutis polliciti? Quan-  
 quam eo cibito, sèpe mors irreperet: aut saltē  
 dum æger assurgit, oborta syncope periclit. Quanto  
 igitur melius, quantoq; decentius erat, vt vos, qui-  
 bus curæ est artem medicam ad dialecticas disputa-  
 tiones traducere, quiq; satis grande ingenij vestri  
 monumentum edidisse putatis, si Iacobitas & V-  
 gonias fabulas insectemini, studere tandem ut quod  
 in hac arte diuinissimum existit, tandem è tenebris  
 euocaretis? Id autem prognosticatio est. Sic enim  
 inquit Hippocrates, Optimum esse, medicum præ- L. Praga;  
 cognitione ut: tum quia pluris apud ægros & astan-  
 tes erit, promptiusque seie medico committent:  
 tum quia præcognoscere ad curationē est utilissimum:  
 ut latius & in lib. de Cris. & de Iudicatorijs diebus  
 est demonstratum: adeò ut sine præcognitione neq;  
 diæteticeti rectè instituas, neque auxiliorum ullum.  
 In hoc profectò tum nos, tum amici nostri elabora-  
 uimus: Sed quid in tam grandi arte efficere potui-  
 mus? neque enim præceptorē inuenimus libris  
 exceptis, à quibus omnia petere difficile est, & lon-  
 gum tempus exposcit. Profecimus tamen nonni-  
 hil, adçò ut sèpius iudicationes, carum que horas, &  
 modos prædicterimus. Neque hæc mihi yitio vertat  
 quispiam, quasi artem ostentare velim, vel exercita-  
 tionem iactare. Cæterum ut nemo eam artis pat-  
 tem, velut vanam, aut quam comprehendere ne-  
 gicarous, negligat: sciatque & mediocria quoque  
 ingenia eam (haud tamen sine labore & dili-  
 gentia) consequi posse: pauca hæc  
 scripimus.

F I N I S.

LEONARDI IAC-  
CHINI MEDICI EMPORIEN-  
SIS QVAESTIONVM NATU-  
RALIVM LIBELLVS.

*Ad Ludouicum Bonuissimum Patri-  
tium Lucensem.*



VM quæstiones bas, que ad naturam  
perscrutandam pertinent, amicis le-  
gendas tradere decreuissim. tu primus  
mibi occurristi, ad quem mitterentur.  
Nam & tibi primùm deberi iudicabam, Ludouice  
charissime, quod in Furciano tuo sint disputatæ.  
Neque enim memoria excidisse scio, qui, qualesq;  
viri in eo rure conuenerint: quotq; & quam varij  
sermones de rerum natura inciderint. Non igitur  
eo solo nomine gratae tibi esse debebunt, quod ibi per  
tractat.e sint: sed ut dum patria abes, & loci memori-  
a dulcis recurret, & amicorum: non secus quoque,  
ac si in Furciano modò essem, & cum Vincentio No-  
bile, Sebastiano Pezino, Francisco Robertellio, Fran-  
cisco Cathano, qui tunc ibi aderant, disceptares: vo-  
luptatem non modicam ex eiusmodi recordatio-  
ne suscipias. Tu interim cura, ut ad  
nos sanus breui reuertaris.

Vale.

## AD L E C T O R E M.

NOLIM mihi vitio verti, amice Lector, si quas quæ  
stiones offendiseris (quanquam paucæ sint, alia ratione à  
veterum quopiam explicatas. Neque enim sum nescius,  
me nonnunquam in respondendo ab Aristoteli prescri-  
pro desciuisse. Idque non indignum homine philosopho  
existimo, ut de se ipso idem dicat, quod olim Horatius:

Nullius additus iurare in verba magistri,

Quo me cunque rapit tempestas, defecor hospes.

Quare vnicuique permittimus, & nostra reprehendere,  
& noua pro arbitrio comminisci.

LEONARDI IAC-  
CHINI MEDICI EMPORIEN-  
SIS QVAESTIONVM NATU-  
RALIVM LIBELLVS.

## I.



VR INSTRVCTA acie, vbi cod-  
gredi tempus adest, clamorem pri-  
mùm attollî, & citatiore gradu mo-  
ueri: mox vbi propè instat miles,  
cursu hostem impetere iubent?

An quòd motus calorem, hic verò  
audaciam excitat? è contrario si frigescat sanguis, ti-  
midos, segnes, ac veluti rigentes reddit? Porò nihil  
æquè frangit hostiles animos, atque alacris congres-  
sus. Indicio est, quòd aduersus iam inclinantes ho-  
stes, vel aliqua ratione perterritos, ignauissimi qui-  
que audaces euadunt. Scitè igitur Cæsar de Thessa-  
lico cōflictu loquens, Pompeium reprehendit, quòd  
lentè & silenter in hostem copias mouerit.

## II.

Cur sonos & tubarum, & tympani, vel si quos

grauiores ars excogitauit, pugnaces facete opinantur?

Num quia illis animos cōponi putant, furijs agitatos & ira: atque vna tōpore omni discusso corporis molem agiliorem reddi? Neq; id immerito: Somnos enim quod præ cæteris animæ sedem attingat; pro sui ratione molire, detulceret; p̄terrefacere, somnum concilicare, turbare animos, iram ciere facile potest. Quib; sanè modis & corpus vna afficitur, languet, inanimatur, horret, contremiscit. Videlimus enim serræ stridorem, tametsi nihil terribile secum ferat, horrorem quandam, atque inæqualitatem, cùm primum auditur, toto corpore excitare:

### III:

Cur furentes, aut vehementiore ira, vel morbosq; quæpiam vi, aut ebrietate, alioqui ignavi, formidabiles fieri solent?

An quod qui insanit, timore vacat: qui vero nisi timet, fortis p̄ter modum euadit? Auget nanque vires audacia, quas frangit metus. Si itaque hic ab sit, meritò & audacia in animo ingens, viresq; corporis ferè insuperabiles fient. Quare cùm vultus gestibusque minax quiddam, atq; impavidum præseferant insani: præcellentis vires, præcipitemque eorum audaciam, qui compos mentis fuerit, iure expauescet.

### III.

Bellica tormenta; quæ sibi iuniotes effinxerunt; admirationi vnicuique sunt, cum horrifico illo strepitu, tum impetu eo, qui vel fidem longè excedat: siquando, quo pacto extrudat, dissipetque, & omnia tametsi durissima comminuat, animo peruolas;

Hæc igitur vniuersa ex natura ignis præcipue esse videtur: quippe quem in maximam agi mollem, atque amplissima locorum spatiæ occupare, dum dignitur, sit necessarium: utpote corporum omnium maximè tenuem. Pone ergo materiam aliquam, quæ facilè ignem concipiatur; in ardum quemq;

tempiam locum , vi multa cogi , dehinc ignem admoueri : igitur momento & ignis fiet , & vasta locorum spacia occupabit. Simul enim fieri ignem , & debitam sibi magnitudinem asciuisse oportuit. At si temporis momento in grandia spacia diffundi debet , siquà patet exitus , ea vi multa erumpet. Non ignarus horum eius machinæ autor , omnibus ritè excogitatis , in æream , ferreamque machinam materialam , quæ facilem ignem conciperet ; vi coegit , ora exitus , totius comparatione angusta commentus , quò velocissimæ ignis eruptioni non suppetant. Attamen necesse erat velocissimè erumpere : siquidem (vti possum est) spatij vastitatem velocissimè occupasse oportuit. Sphæram obiecit , tum ut cauum cōuexo aptè quadrans , omnemq; obstruens meatum ; ignem cohipeat , atque inde impetum , qui explicari nequeat , nanciscatur : tum vti extrusus lapis , ob eiusmodi figuram celerrimè rotetur : bac enim ratione validius multò feriet : Iam igitur tum eas , quæ propositæ sunt , tum alias quoque questiones , siquæ occurrant , diluere facile fuerit. Quod enim vi multa erumpens ignis , vñā lapidem ac circumfusum omnem aerem impellit , horrificus ille fragor , & obiectorum corporum comminutio oboritur : ille quidem vehementi agitatione , hæc verò motus velacitate , quæ nimis tanta est , vt vix animo concipi queat : nam quodus impulsrix , velocitate auctior semper euadit , passim docet vñus .

## V.

Cur si nusquam pateat exitus , aut admodum exiguis , ipsemque machinam tam si durissima , diffingatur ? quæ ratione & cuniculis muros , montesque diffingere commenti sunt .

An quod ignita materia arcto vase amplius cohiberi nequit : neque iterum velocissimæ eruptioni meatus respondet ? Idem fiet , si quando aut maiore copia , quam pars sit , aut maiore vi materia intrudatur . Nam si iusto amplius os pateat , aut nullus , aut certè multò segnior impetus apparebit .

## VI.

**C**ur tametsi tam breui tempore machinam ignis attingat, atamen statim tota incenditur?

**A**n quod ignis, si quā licet; erumpere tentat? quare vel in angustissimos quoque meatus penetrare enititur.

## VII.

**Q**ui sit ut nonnullos, qui non modò nullis nos beneficijs affecere, sed neque antea quidem de facie nobis cogniti sunt, amemus? An gerit unusquisque in vultu, veltū in tabella; depictum animum, colligitque etiam nūm tūdis homo indolis seminaria quædam, quibus animi quoque mores cōsiderat? hinc amicitia, hinc odij priuordia existunt. Surrepit autem innata hæc notia & inscijs quoque nobis: quamobrem nec si rogeris, satis rationem afferre possis; cur hunc studijs prosequaris; hunc verò abhorreas. Indicio est, quod si forma insignes fuerint; his quoque iucundi sint, quibus nulla de voluptate solicitude est: iucundos namque animi sui mores vultu præferunt, tametsi non raro iudicium decipi contingat.

## VIII.

**I**gitur sæpe accidit, ut quos primo statim cōgregari oderimus, mitescente indies animo charissimi demum sint nobis. Contrà quosdam qui initio chari fuerant, procedente tempore oderimus. Prior enim ille ubi secum familiaris vixeris, poterit morigeris suis dictis factisque placere, atque amore tempore conciliare. Euenit quoque non raro, ut qui minus eleganti sunt forma; eos dote aliqua ingenij natura compenset, qua sanè gratijs sint. Hæc itaq; initio latitabant, ut que non perinde ac forma, statim conspiciri possint, sed longa potius consuetudine elucentur. Sic igitur & quos nobis forma commendabat, quod scilicet animi morum fidem faceret, degit consuetudo: plurimum enim ab innatis moribus educatio animos sejicit.

Car

## IX.

**C**ur nonnulli amore inuiti detineantur, nec vilia validos (vt ille inquit) Veneris valeant effrингere nodos?

Amor habitus quidam esse videtur, qui animum tantopere deuinxit, vt iugi motu & vehementi in id quod amat feratur. Eiusmodi habitum assidua eiusdem formæ contemplatio peperit: postmodum admiratio & cupidus eò deduxere, vt vel inuitos detineat. Sicut enim in habitibus reliquis, luce mentis obruta, omnino vi habitus, atque ex ipsius impulsu feruntur animi: ita & amori nemo obluctari valet. Necessitatem hanc luculenter expressit Lucret. cùm ait:

*Nam si ob abeſt quod amas, præſio ſimulacra tuam ſunſ.*

*Illius: & nomen dulce obniverſatur ad aures.*

Hinc fit vt petitide atque habitus cæteri, magnis duntaxat animi motionibus, temporisq; longitudo aboleri queat.

## X.

**C**ur aliquæ, tametsi vel ex ætate, vel morboſo quopiam affectu turpes euaserint, adhuc tamen augmentur?

An igitur falso est quod physici dixerunt, Venerem cupidinem parere? An peperit proculdubio Venus amorem hunc? Verum quæ corpus dehonestant, qua via quì cæcus est agnoscet? aut quorsum agnoscat, qui improbare nequit? vel cur improbet, quæ mox amplexari cogetur? Rectè igitur Flaccus, Amatorem (inquit) amicæ, turpia decipiunt, cæcum vitia: aut etiam hæc delectant. Fit tamen ſequitur longo temporis interuallo, vt vitia illa corporis antiquæ Veneris memoriam deleant, atque inde mactent amor.

## XI.

**C**ur amantes exemptum ſibi cor restitui precibis efflagitant? An quia cor & agnitionis, & appetentie ſedes vulgo esse cenſetur? At cuncta hæc in vnum

id, quod amatur, concederunt. Nam si quid videant, legerintue, aut cogitarint: si quid demum animo moliantur, dulcia illico simulachra occurunt, quæ ad sese cor totum, hoc est, omnes cordis præci-  
puas vires arripiunt. Hinc itaque quasi furto subla-  
tum sit, sœua que oppressum seruitute, sibi restitui  
postulant.

## XII.

Cur qui perditè amant, leui alioqui morte succen-  
sere solent? An quia iniurias, tametsi leues, gra-  
ves iudicant? durum n. est, atq; admodum angere  
solet, si quid ille in te cōmittat, cui maximè placere  
studeas. Cæterū sicuti qui aduersus habitus pro-  
pensionem quipiam facere enitebatur, dolet sta-  
tim: ita & amantē mox rixari, & odij pœnitit: rur-  
susque supplex iugum, subacta ceruice reposcit.

## XIII.

Cur vñ venit nonnunquam, vt illam ament, cu-  
iūs potiundæ nulla nobis spes est, cùm nusquam a-  
ditus pateat? Attamen Cupido aut præteritæ volu-  
ptatis memoria, aut futuræ expectatione, tum exci-  
tari, tum foueri solet.

An amoris primordia, propterea quod tenuis ad-  
modum sunt, & exigua, nos latent? Quare non se-  
cups, ac feræ montibus errantes, in plagas impru-  
dentes ferimur. Et si igitur spes nulla fruendi est:  
at ipso tamen aspectu primum species oblectat, mox  
absentis memoria recursat. Voluptatem itaque (vt  
ait ille) praefagit muta cupido.

Hincq; dies gliscit furor, atq; erumna gravisicit.

Hanc mutam scitè dixit, quod tacitè irrepit, &  
paulatim indies incrementa suscipiat. Dum igitur  
adhuc perstabat ratio, necdum amore fuerat labefac-  
ta, nunquam ea sperasset, aut immodicè concu-  
pisset: Ast ubi sic afficitur, nil inexorable, nil inex-  
pugnabile sese offert, abundeque spes suspetit cu-  
iusvis rei, quanquam arduæ, potiundæ.

## XIII.

Cur si amantem voti cōpotem facias, amore brevi  
languescere senties?

Aa

An quia parua fit ardoris violenti pauca, parum per (vt inquit Luc.) qua interim & sese recipere animus queat, exactiusque admissa luce scrutari, si qua sunt quæ animum eius, corpusque de honeste? Neque enim dia celari potest, quam famulæ longè fugiunt, furtimque cachinnant.

## X V.

Cur qui in omne voluptatis genus proruunt, vt scurræ, vt commissatores, vt lenones, minus amore capi soleant: contrâ liberaliter institutos, & ingenuos viros, non raro pessimè afficiat? An quia quod morbum sanare potest, idem si etiamdum fiat, longè potest auertere? Animus igitur ad plurima variaque distrahere, quam longè amorem fuger, cum visus doceat: doctissimè tamen admonuit Lucr. vbi ait:

*Sed fugitare decet simulachra, & pabula amoris.*

*Aberrere sibi, asque alio conuertere mentem:*

*Nec retinere sensel concepsum unius amorem.*

## X VI.

Num his aduersatur, quod in adagio dictum est,  
Sine Cerere & Baccho frigere Venerem? (Et rur-  
sus, ἐπειδὴ γαστὶ τῶν καλῶν ὕγεια σύνει: πεινῶν γὰρ  
κύστις πίπει).

Vtrunque profectò hominum genus minus vim amoris admittit, quibus scilicet victus inops, & ventri dediti. Inopia nanque tum corpus semigrum reddit, tum ex necessitate aliò auertit animum. Rur-  
sus qui vino madent, curarum obliuiscuntur. Dis-  
sipat nanque Euius (vti Flaccus inquit) curas eda-  
ces: nimis igitur, si amorem obliterare, necdum arcere queat.

## X VII.

Cur amorem flammæ ignisque vocabulo signifi-  
cari mos est: seque absundi incendio amantes que-  
tuntur?

An quod sequaces, grauesque, alteque animo de-  
fixas curas, aptius explicare nequivere? An quod  
quæ ignis semel corripit, tum grauissimè afficit, tum  
ad internicionem quoque exedit? Porro amo-

ris comites, sollicitudines, iræ, cupiditates, desperatio, spes rursus, vigilæ, inediæ, non secus atque ignis, quicquid roboris, quicquid humoris viuifici, inest, citò absümunt.

## XVIII.

**Cur ardentius amant qui amorem cohibere con-**  
**guntur?**

An quia nulla ex parte potiuntur? nam extremis quoque lineis amare tutò vix licet: at ea ratione mitiorem reddi dictum est, si inquam amans aliqua ex parte fruatur. An quod multò peius afficitur, qui ne ullum quidem levamen habet? quod neminem consulere, aut alloqui audēat.

## XIX.

**In timore pariter atque ira principio in penitiora retrahi calidum omne cernimus.** Tametsi in iratis audaciam, promptitudinemque efficiat: Contrà in his qui expauescunt, vires tum animi, tum corporis funditus euertantur. Corpus enim vniuersum contremescit, alui & vesicæ excrementa, sponte suadabuntur, perit memoria, vox faucibus hæret.

Atqui videntur cuncta ea ratione oriri, quòd per reunte spe omni, atque audacia, anima suorum oblitia munerum, corporis curam omittat. Quocirca & nonnulli præ metu interiere. Itaque tametsi initio sanguinem in medium, velut in arcem cogat, fituti & in ira: tantum abest, ut ibi feruorem, & calidum augeat: quin potius quòd à nulla vi regatur, sponte sua, velut in his qui morti proximi sunt, delabitur. Quare vniuersa animantis organa, donec resipiscat anima, rursusque administrationem suscipiat, ad motiones penitus inepta visuntur. Scitè itaque Poeta cecinit:

*Palluit, & gelidus totis in praecordia sanguis.*

Quod enim minimè ferueat coactum, neque ut in iratis accidit, in summa corporis rursus efferatur, iure gelidum nominauit.

## XX.

**Cur igitur in proverb. dicitur, Timer addidit alas?**

A2

An falso est timorem vires augere? verum spem potius, quæ sese offert aliquando, dum timore premimur. Spes nanque nonnihil illico audacie pro-ducit: quare calor euocatur, gliscitque. Iam enim vires colligit animus atque impetum facit, quæ omnia in crescunt, simul ac spes auctior extiterit. Quoniam igitur corporeæ motiones vnius voluntatis imperio parent: quid mirum segnes trementesque prius, mox audaces, pernicissimosque fieri quando illuc vires animi omnes corporisque contendunt. Plurimum verò ad celeritatem conducere existimandum est, quod incommoda, si quibus interim afficiantur, minus sentiunt. Non altæ rupes, non saxa obvia, non vespes, non flammæ fugientem deter-rent, aut remorantur. Nonnulli enim (ut eos mittam, qui præruptis montibus se præcipites dedere, aut fluminibus absorpti sunt) cursus celeritate, & longitudine, præfocati interiere.

## XXI.

Cur iratis quibusdam oculis micat acribus ignis; alij verò pallent? In his qui irascuntur, omnia ex parte corporis in cor ferri consertim sanguinem certum est: atq; idè extima omnia sanguine nonnihil de-stitui, vt de timentibus diximus. Contingit tamen alios longiori tempore, alios breviori pallere, rufusque rubore suffundi. In quibus nanque bilis a-bundat, quod minus sanguinis obtineant, diutius pallent: qui verò sanguine pleni sunt, brevi sanè tempore. Primum igitur in cor, velut in arcem co-actus, ex ictione defiderio sanguis effervescit: Inde audacia in crescere, atque ad extima rursus, præcipue verò sensum organa sanguis spiritusque impelluntur; tum quia viciniora, tum quod his maximè, ut instrumentis vtitur anima. Verum nonnunquam motiones eæ tanta celeritatē fiunt, vt visum effu-giant.

## XXII.

Cureos qui diutius extra pallent, implacidores senioresque indicamus?

An quodd argumento eo, corporis temperaturam coniçimus? quod enim pauci sanguinis sint, atque atra vel amara bile abundantes, benignitate suæ illius quæ minimum participant. Sanguis enim tam et si pronus ad iram animos effingat: clementes ramen, & placabiles reddere solet.

## XXIII.

Cur ocyus ex ira se colligunt nonnulli, alij contraria serius?

Citius profectò ijs, qui leuissimis de causis irasci solent: vel sibi id per naturam, vel ex malo habitu contigerit. Horum nanque animus paruo momento huc vel illuc impellitur. In causa aiunt esse Physici vel capitis paruitatem, vel omnino totius corporis breuitatem. Illud quidem, quod cordis fervorem cerebri tepiditatem temperari non finit, vnde & in iram proclive est. Alterum verò, facit vt in angustum coactus sanguis, natura calidior sit, facileque efferveat,

## XXIV.

Cur quos puduit, rubore illico vultu suffundantur (inde enim erubescens dicitur) cum pudor timoris genere comprehendì videatur, timentes vero palleant?

An pudor mixtus quidam affectus, ira timoreque est? successet namque tum alijs, tum sibi, qui detegi ea videt, quæ nocte. Quod igitur ira timorem in conflictatione ea animi exuperet, sanguis quoque dum modò introrsum, modò extrorsum mouetur, in summa tandem corporis protritus figitur, quo usq; animi motus sedetur.

## XXV.

Mores hominum pro regionis, quam incolunt, diuersitate, non diuersas modò, sed & oppositas (vix ita dixerim) rationes subire videntur. Qui nanque ad Arctum incolunt, immanes sunt, & efferrato animo: temerè quoque in omne vitæ discrimen ruunt: attamen animo simpliciores illos cernere est, & minimum vitæ fraudibus exercitatos. Qui verò

ad

ad Meridiem, timidi sunt, assentatores, perfidi, infidiosi, simulare ac dissimulare edocti. Huius rei causam, non immerito quis ambientis aeris conditio-  
nem esse existimauerit, quæ scilicet plurimum situs ratione euariet. Quod enim ex corporis tempera-  
mento (cuius nimirum ambiens prima causa existit) mores quoq; animi discrimen fortiantur, iam antea naturæ coniectores (*φυσιογνωμονες* Græci dicunt) posuere. Sunt igitur Septentrionales viri calore præ-  
pollentes, viribusque: Australes contrà imbecilla.  
Quam rem cum corporis habitus satis monstrat, tum ratio ipsa confirmat: quæ nimirum ex ipsa rei natura fidem facit. Frigus namq; durare, robur præ-  
stare, caloremque augere animali potest: Aestus contrà, emollire, debilitare vires, & omnino calidum innatum imminuere. Quod enim in nobis tempora-  
rum vices efficiunt, idem in ijs cœli natura. Porro  
frigidiuscula animalia, quanquam timida & imbe-  
cilla existant, attamen ingenio acri visuntur, quod minus perturbationis sentiat anima. Commouet  
enim calidum, turbatque ingenium, quod ebrij &  
irati testantur. Quare tum ex necessitate (cœli in-  
quam ratione) hæc omnia contingere videntur: tum  
melioris gratia, optimæ scilicet naturæ dispensatio-  
ne, ita institutum est, ut quæ timida sunt & imbecilla,  
astu & artibus sese tueantur. Contrà quæ calida cum  
sint, viribusque pollent, atque audacia, quod nullo  
allo egeant, simpliciori ingenio prædita sint. Quam  
rem cum in omni animalium genere natura obser-  
uarit, tum præcipue in homine verum esse cōspici-  
tur, quod eius mores nobis magis innotescant.

## XXVI.

Animalium alia quidem perpetuas inimicitias inuicem exercent, alia vero statim duntaxat tempori-  
bus: è contrario nonnulla & cum ijs quæ sui ge-  
neris, & quæ alterius sunt, ineunt societatem.

At qui duæ præcipue dissidij causæ assignari pos-  
se videntur, altera eibi ratione, ob venerem altera.  
Igitur inimicitiaz, quæ ob cibi questum oriuntur,

perpetua et inter ea animalia sunt, quibus ijsdem ali,  
& ijsdem versari locis natura dedit: præsertim si vi-  
ctus inops, neque adeò paratu facilis fuerit, ut in ijs,  
quaे venatione pascuntur videre est. Nam si rursus  
pabuli copia suppetat, fieri poterit, vt gregatum pa-  
scantur animalia, siue eiusdem generis sint, seu di-  
uersi: ut oves, ut capræ, ut iumenta omnia. At quaे  
propter Venerem accidunt, haud equidem perpe-  
tuæ sunt inimicitiae: sed cum primum iniri fœmina  
patitur, quo tempore mares, non sœuiores modò e-  
vadunt, sed & riuales omnes insestantur, atque op-  
pugnant.

## XXVII.

**C**ur igitur fieri dices, ut in eodem animatum  
genere, mas tametsi lacessitus, fœmellam non fe-  
riat?

An quod mas generosior, fœminæ petulantiam  
contemnat, atque viciisci deditur? An quod ve-  
neris appetenter, ob diutinam expetitæ voluptatis  
expectationem, iniurias æquo animo fert? vix enim  
exigua anni portione fœminæ iniri patiuntur, ho-  
mīne excepto: Contrà mas semper est coire paratus.  
Quin & ea de causa fœminis subblandiri mares so-  
lent, quod apud eas gratiam promereantur.

## XXVIII.

**C**ur exēctione, adeò tum habitu corporis, tum  
moribus immutantur animalia? molilitie nanque,  
& vocē omnino fœminis quam simili: moribus  
quoque ita euariant, ut secordes pauidique, atque  
vno verbo ἄρνησι efficiantur.

Mirum profectò est, ex initio adeò exili, grandem  
illam insequi commutationem naturæ. Est enim  
quod exciditur quodammodo supereruacuum, si vi-  
tam spectemus: ac tantummodo propagationi de-  
seruiens. At videmus nihilominus alia quoq; eue-  
nire eiusmodi, quaē fidem magis excedunt; quando  
nulla ex parte affecto corpore, moribus animal adeò  
immutari contingat, ut licet mas sit, fœminam om-  
nino præferat. Gallina namque si semel marem  
excub-

excusserit, aut pugnans vicerit, cucurritu primum gallos imitari incipit, postmodum & reliquas fœminas supersilire audet. Contrà mas victus, quasi in iri possit, sese in terram demittit: quod quidem quasi portentum rustici execrantur, atque occidunt. Neque cessat ferocia hæc, & alacritas, donec in corpore quoque notis quibusdam elucescat: crista enim rigidior erigitur, & cauda, mas contrà demittit, & languet. Cum igitur sola animi mutatione tanta in animante diuersitas contingat: quid mirum fuerit obsecro, si ubi flagrans amor, & libido è medio tollatur, ignavum atque iners fiat, feroore inquam universo sanguinis languescente: deinde pereunte virilitate omni, corpus plus iusto humidum, ac molle, atque uno verbo fœmineum euadat? Quod autem ita sese res habeat, indicio est, quod si qui marium natura minus audi venereorum sunt, vultus, gestibusq;, & voce, non dispare castratis videntur: contrà fœminæ natura libidinosiores, hirtæ magis sunt & durioris carnis, voceque & motione mareæ ferè æquant. His adde quod quo tempore mareæ ad coitum concitantur, quo (inquam) tempore virilitatem maximam præferunt, duriorem carnem, gustuque & olfactu virosiorem obtinent: calore scilicet præter modum eo tempore excitato, atque exurrente. Quod si qua viribus præstant, ut quæ ferratos habent dentes, & carne ruscuntur, saeuiora tunc temporis, & audientiora experimur. Parit itaque libido sanguinis ferorem, audaciam, alacritatem: inde durum, hirtumque corpus efficitur. Quod si libido extinguitur, secus omnia euenient.

## XXIX.

*Cur frequentius coeuntes, & si coitus appetentes sint, quam reliqui, minus tamen ex eo voluptatis capiunt?*

Cupido coeundi turgente vase seminario innascitur, cum semen ad excretionem sui irritat, titillatque. Sicuti vero in reliquis, quæ cum onerosa sint, & corpore excernuntur, eo plus delectationis sentitur,

quo plura & acriora congesta erant: itidem & in seminis excretione contingit. Cum enim voluptas inde oriatur, quod leuari se animas sentiat, ab his quae ad excretionem sui proritabant: siquidem cerebro externantur, dupliciti sane ratione minus inuehunc voluptatis: tum quia exiguo temporis spatio oneri fuere: tum quia cum citio excreta sint, minus fibi acritudinis asciuere. Cur vero adhuc plus ceteris cotum expertant, intemperantiam in causa esse oportet: etenim appetentia, voluptatis memoria excitata, bullisq; detenta habenis, sanguinem spiritumque ed protrudit, cupidinenique accendit coeundi. Quocirca nonnulli in immodico venereorum vsu, semicoacta adhuc & cruenta sanguinis loco excreuere. Tantum enim potest in animatis corpore cupiditas, ut naturam quoque, quae corpus regit, leges suas aliquando praetergredi cogat.

## XXX.

Igitur iure admirabitur quispiam, quonam pacto adeo magnam voluptatem, quamque omnis natura animalium cupide sequitur, vt ait Lucretius, nulla alia ratione fieri possemus, quam ab excremento quod sensum infestabat. Multa tamen eiusmodi rerum naturam perscrutanti occurunt, quae si perpendas, proculdubio admirari desistes. Nam si quando siccata, aut humida excrementa acriora ex corporis temperamento extiterint, vel sorte quapiam praeter voluptatem diutius contineantur, cum postmodum excrenuntur, non mediocrem profecto inuehunc voluptate, vbi sese animans eo angore liberatum senserit. Quod si cui partem admodum sensilem ferus aliquis pruritus vexet, qualem lepra, psoraue, aut impetigo infert: mirum quantam exscalptu & frictione capiet voluptatem: inde enim difflatur, quicquid acre cuti inhaeserat. Igitur cum delectatio ea, quae venereorum usum insequitur, non aliam profecto originem fortioratur, tanto viisque maior erit, quanto pars ea, quam prolificum excrementum, dum retinetur, vexat synceriore sensu praedita est. Quod vero impec-

tus ille, quo animalia omnia, quasi furore quopiam correpta, in coitum tuunt, nulla alia de causa fiat, quam quod natura quippiam valde onerosum depolare gestiat: indicio est, quod graciles & biliosi, & omnino quibus acre semen est, plus pinguisibus humidisq; ad coitum irritantur.

## XXXI.

**C**urie iuni cum celerius rem venereā perficiunt, tum maiorem voluptatem sentiunt & plurimi enim à largiore coena ne concubere quidem potuerunt.

An quia ieiunis calidum, & acrius est semen? Porro quod calidum sit, citò excernitur: quod verò acre, plus excretione ipsa (vti monstratum est) oblectare debet.

## XXXII.

**C**ur nonnullis cùm coeundi maximo tenerentur desiderio, præter spem, ne minimum quidem penis intendi potuit?

An id accidit, cùm loca ea magna ex parte calore destituuntur? calore namque eagent, vt intendantur. Solent autem affectiones animi quædam, aut omnino calidum refrigerare, aut in aliam regionem euocare. Eiusmodi sunt, Timor, Reuerentia, Ira, Cupido modum excedens, qualis amantes afficit. Timor namque refrigerat: cæteri verò affectus calidum omne in summas corporis partes impellunt.

## XXXIII.

**C**ur spontaneæ feminis profusiones, quæ nimis cum voluptate fiunt, vigilanti non accident?

An ita consuevit natura vt per quietem potius, ea quæ superuacua sunt, excernat? Porro & prolixi excrementum, quod vel multitudine distendat, vel acritudine mordeat, oneri esse solet. Hinc per notas sibi vias maiore vi natura propellitur. Si quis enim ea, quæ interim occurrant humiliachra, excretionem hanc serviris ciere putet, longè decipitur: cùm potius eam à corporis conformatione

quodammodo accersiri credendū sit. Tentigo nanque quæ in seminario vase ex multo, aut acriore semine oritur, excernendi primū libidinem cieti huius mox impulsu, veluti ex promptuarii quodam vis seruatrix spectra depromit. perinde ac Galen, aliquando ait, ἡ τεταρτή Φαλαρία (nempe quæ per quietem aduenit) διψάσθαι συμβαίνει. Neque aliter rem hanc exponere visus est Lucretius, cum ait:

*Irritata tument loca semine, siq; voluptas  
Ejicere id, quo se contendit dira libido.*

*Incitat irritans loca turgida semine multo:*

*Idq; petis corpus mens, unde est saudia amore.*

Quanquam quod postremò addit, petere inquam mentem id: vnum quod amat, quod simula-  
chra ea temerè occurserent, neque plurimum verum  
est, nedum necessarium.

### XXXIII.

Cur seminis morbos profusio (*γενοφόίας* Græci dicunt) ptoſus absque voluptatis sensu fiat?

An quia semen confertum non proruit? voluptas nanque & dolor, celeres mutationes exposcunt. An quod vasorum incontinentia, quam paralyſim vocant, contingit, à qua nimirum & sensus magna ex parte hebescit?

### XXXV.

Cur hos quidem rarius, hos vero crebrius, alios serè nunquam somniare contingit?

Somnia nec penitus vigilantibus nobis, neque altum somnum dormientibus occurruunt: quare antelucano tempore, ubi scilicet cibus iam confessus est, plerunque sunt. Quod si qui capite ita natura affecti sunt, ut altiore somno facile opprimantur, rarius visa videbunt: erit que eorum somnus morti quam simillimus, ut Homerus inquit, quod scilicet ne minimus quidem extet sensus: quam rem ita se habere, inde percipi potest, quod ægri & atra bile vexati, ieiuni item, & qui curis, & mœrore anguntur, plurimum somniant: nam & leuem, & breuem somnu dormiunt.

Car

## XXXVI.

**C**ur somniorum modò reminiscimur, modò perditus obliuisci mus? An tum demum reminisci facile possumus, cùm à somno statim exergiscimur? euoluimus enim animo visa, & reputamus. Quid si somnus protrahatur, visorum delentur imagines, eorum exemplo quæ quis in speculo viderit: ea namque velocissime memoria itidem excidere solent. An eorum reminiscimur, quæ mane confecto iam cibo visuntur? Cùm enim à cœna multus, turbidusque vapor subuolet, si qua tunc per visum apparent, similia his erunt, quæ per crassiorē nebula vix perspiciuntur: nam quæ in clara luce cernimus, memoriæ multò altius inhærent.

## XXXVII.

**C**ur per visum nonnulla sèpè nobis occurrant, quæ neque antea in mentem venerant, neque ex cogitari quidem illa ratione poterant? Somniata men ex spectris quæ in memoria recondita sunt, orti omnes arbitrantur.

An similis est somniorum generatio ei, quam in animalium primordijs communisicitur Empedocles, quando fortuito quodam concursu evenisse ait: *περιστὰ τὸν δέργαντα*? Si qua igitur veloculis vel animo fortè fortuna aliquando occursarint, ea per visum iungi vñā temerè contingit. Vnde vanæ illæ funguntur spesies. Ita namque virus docet, raro admodū fieri, ob hunc videlicet adeò fortuitum concursum ut tempora, locaque gestis probè quadrent.

## XXXVIII.

**Q**ui sit ut inter dormiendum alij prorsus concidunt, contrà alij eadem, quæ per vigiliam, munia vobire valeant?

An somnus (quod & antea diximus) alijs morti simillimus est, quando non sensus modò omnis, sed & vis motrix omnino deficit, respiratione excepta, quam etiam nō sine difficultate emittunt, quod flertor indicat? Qui itaque sic habent, tantum abest, ut vigilantium actiones imitentur, ut ne mouean-

tur quidem. Nonnunquam autem media quadam inter vigiliam & somnum affectione tenentur: atque hos tametsi vigilantium opera exequi videoas, haud tamen exactè imitantur. Si nanque loquuntur, si canant, blasas, mutilasque voces profudent: si verò perambulent, ebrios dixeris. Si qua igitur, multo antea longo usu edocli, per quietem facere enituntur, at perficere tamen nequeunt: quo circa actionum potius rudimenta ea, quam actiones dixeris. Possunt tamen aliqua ex parte imitari: quoniam ut dicebamus, nec mouendi in ijs facultas, nec sentiendi penitus soperatur.

### X X X I X.

Cur adolescentuli, cum primum ex ephebis excessere, vocem asperam emittunt, quæ postmodum procedente ætate mitescit? An dum ex acuta in grauem vox permuratur, media quædam vocis natura gignitur? Hæc autem ex extremis ipsis conflata, acuta esse destitit, neque adhuc grauitatis notas manifestas praesefert. Ceterum quemadmodum in tactu ea aspera sunt, atque horrorem contactu incutunt, quæ partes suas inæquales, & sibi inuncem subsultantes habeant: itidem & in voce asperum & lene reperire est. Aspera nanque vox eadem ratione auditum offendit, quod inæqualitatem quandam ex concursatione extremorum obtinet. Porro quod illo primum tempore permutationem eiusmodi vox subeat, caloris effervescentia in causa est: à quo nimirum & arteria plus extendi potest, & plus aeris dimoueri: at interim nondum valet in extremum alterū vocem traducere. Tale itaq; vocem emittunt, qualem hirci, cum præsertim ad coitum concitantur: nam Græci ea de causa τρέψαν dixerent.

### X L.

Cur & ægri, & valde perterriti, vocem acutiorē reddunt?

Vox & sonus omnis (ut paulò altius ordiamur) duplēm habet differentiam: quarum altera ab eius (ut ita dixerim) quantitate desumitur: altera qua-

lita-

litatem spectat. Quæ igitur à quantitate, differentiæ ex sunt, quibus scilicet ex vocibus hanc quidem magnam, elatam, claramque dicimus: illam rursus paruam, submissam, obscuram. Acutum verò & graue, quamuis quantitatem ex ipsa appellatione dignificare videantur, re ipsa tamen vocabula sive qualitatis. Horum sanè modorum vocis duplex generere causa reddi potest: Altera ex multitudine eius, qui efflatur, aeris: altera ex arteriæ vocalis laxitate. Etenim arteria his quidem laxior est, his verò angustior. Aer verò modò in emitenda voce plurimus, modò exiguis propellitur & expiratur. Expirantes nanque vocem reddimus. Cæterū quod arteriæ laxitas grauem, angustia verò vocem acutam efficiat, & pueri & mulieres ostendunt: ex viris quoque quicunque vel ab ortu ipso, vel castratione pinguescunt: illis enim suapte natura exilis arteria est: his verò pingui obsessa conniuet, quare acutum sonant. Idem & musica instrumenta demonstrant, in quibus id quod graue est, & acutum, laxitati & exilitati fistularum proportione respondet. Porro cantores si quando acutam vocem edere contendunt, vi compriment arteriam, redduntque angustiorem: quod si grauem, deprimunt contrà guttura lassantque. Cæterū acuta vox & grauis, differt rursus & magnitudine, & exilitate: quam differentiam à quantitate desumi dicebam: quam etiam ex multitudine vel paucitate efflati aeris provenire, nemini dubium puto. Vnusquisque enim experitur, magnam elatamque vocem maiore vi fieri: quod scilicet plus aeris dimouere opus sit. Itaque qui viribus valent, ea ratione facilem vocem efferunt cum libet, supprimuntque. Qui verò imbecilli casu aliquo redditi fuerint, ita ut neque arteriam laxare, nec multum aeris dimouere queant, acutam vnde & exilem vocem edunt.

## XL I.

Cur eos qui acutam atque elatam vocem edunt, rante dñe illicò tentari videamus?

An quia dum plurimus consertim efflatur spiritus, guttulis extrema colliduntur? quare musculi qui eas partes mouent, ad vocis conformatiōnem, commotione ea distracti, defluxiones promptè excipiunt: non secus atque hi, quos sicca tussis infestat, qua sanè ratione raucedo oritur.

## XLII.

Cut quibus elata vox est, audaces natura, & iratitudi existunt? An quia circa præcordia plurimum caloris obtinent? Elatam nanque vocem inde fieri diximus, quod multum aeris efflatur: quod quidem à vehementiore calido fieri necesse est. Quod igitur iratis aliquando iratè nimirum impetu accidit, id in ijs per naturam: extollunt enim irati, præ calore qui circa cor efferuet, vocem: timidi contrà p[er] refrigeratione summittunt.

## XLIII.

Cur vox acuta maiore ex interuallo audiatur?

An potius nō quæ acuta solummodo est, sed quæ vna magnitudinem quoque adiunxit, à longè auditur? Nam qui grandiori spatio distantes alloquuntur, magnam & acutam vocem edere solent. Porro quod acuta sit, citò valideque permeat: quod verò magna, integra multo spatio perdurat: neque enim multus aer, facile dispescitur aut evanescit: at sonus absque aeris motione longius audiri nequit.

## XLIV.

Cur viris inter canendum, tametsi acuta occiperint, sensim in grauem vox delabitur: at pueris ex graui potius in acutam procedit? An quia grauem vocem pueri, non nisi vi multa edunt: contrà viri acutam? Hoc autem ex his quæ diximus, satis liquet: quare vocis organa breui defatigari in utrisque necessitate est, atque hinc facile in contraria dilabi.

## XLV.

Cur quæ in unoquoque genere optima sunt, & quasi metrū reli quorum, fastidio esse nobis solent? sic in gustatilibus dulce, sic in consonantiarum genere diapason, atque in coloribus album?

An

An cùm contraria ex diametro inter se distent, nem-  
trum tamen eorum sensui gratum esse videtur, sed  
tantùm quæ medium quandā naturam obtinent? Ex  
contrariis namq; alterū, nempe quod melioris obtinet  
rationem, languefacit sensoria, atq; emollit: quod ve-  
rò deterioris, exasperat atque offendit. At gestit le-  
niter dimoveri anima, quod quæ media sunt abun-  
dè præstant, quodd scilicet extre morum maxima ex  
parte vim habeant & facultatem. Hinc miscellas-  
tum in sonis Musici, tum in saporibus Coqui adin-  
venere, uti sensus ipsos citra tedium diu oblectarent.

## XLVI.

**Cur ex odoribus hi quidem semper, hi verò non**  
semper delectare solent? Suffitū nanque aroma-  
tum, nunquam suavis non est. Contrā esculentorum  
nidor, jejunos quidem, & cibi avidos delectat:  
at saturis non raro fastidio est, & nauseam movet. An  
quodd odorum nonnulli propria ratione obtinent  
suavitatem? quare nunquam ea destituuntur. Ast alii,  
qui alimenti solummodo ratione jucundi sunt,  
quibus inquam ducibus cibum sibi querunt ani-  
malia, nil mirum est, si quidem repleto ventre eos  
aversemur.

## XLVII.

**Cur florū nonnulli paulo remotiores olent**  
suavius? ut nigrā viola, ut mentha, ut ocymum?

An quia nimio humore abundant, quo nimirū o-  
dor habescit? Si quid igitur calidi, tenuisque halit-  
us subest, id latius diffundi potest, quæ sanè odoris  
materia est. Ast aqueus cùm crassior sit, primis hæ-  
ret marginibus, atque ibi odorato halitui fese ad-  
miscens, quodd inodorum sit, odorem interim tollit.

## XLVIII.

**Cur multa ex præcellentibus odoramentis, qui-**  
bus vel ad unguentorū confectiones, aut ad suffitū  
utimur, naribus proprius admota, offendunt: pauxil-  
lum verò dimota, mirè delectant?

An quodd vis eorum validior est, quam ut ferri fa-  
cile queat? Sensoria namque universa, moderatione

quadam gaudere videmus. Sive igitur qualitate sola, seu halitu quoque medio ad nos odor perveniat (utrovis nanque modo olfactum fieri certum est) si proprius admoveantur, motu suo vehementiore, quam par sit, offendunt. Qui rursus motus, quo à prima illa sui origine plus distat, eo ignavior evadit: quare & minus offendit.

## XLIX.

**C**ur excrementa eorum, qui allium gustaverint, diebus nonnullis alia olere sentiantur. An non ita accidit, si quis nepetam, organum ye, aut aliud ejusmodi odoratum comederit?

